p̄uilegijs indulgẽtijs ac litteris aplicis aliq/
bus vel alicui gñaliter vel ſpâliter ſub quacũqꝫ
v̄boꝝ forma ꝯceſſis ẽt ſi de illis in p̄ñtibus eẽt
mentio ſpâlis facienda ⁊ alijs in ꝯtrariũ facien
tibus nõ obſtantibꝰ qbuſcunqꝫ. Nulli ergo oi
no hoinum liceat hãc paginã nr̃e voluntatis
ꝯſtitutionis derogationis ⁊ ꝯfirmationis īfrin
gere vel ei auſu temerario ꝯ̄ire. Si qs aũt ⁊c.
Datũ Rome apud ſcm̃ Petrum. Anno incar
natiõis dñice. M.ccccxxxij. kal. apꝛl. Põtifi/
catꝰ nr̃i ãno ſecũdo a deluſchis Ja. de aremino.
¶ Innocentiꝰ quartus. Qꝫ miniſtri ꝓuincia/
les p̄ñt inſtituere ꝓcuratores ⁊ ſindicos pape
q auc̃te pape res fratribus ꝯceſſas poſſint ven
dere ⁊ commutare.

i **Innocentius** epiſcopus ſeruus ſer/
uoꝝ dei. Dilectis filijs gñali ⁊ ꝓuin/
cialibꝰ miſtris frm̃ minoꝝ. Salutẽ ⁊ apoſtoli/
cam bñdictionẽ. Quãto ſtudioſius diuine con
templationi vacatis dño famulãdo tãto quieti
veſtre libẽtiꝰ prouidemꝰ ne pedes quos lauiſ/
ſe videmini affectu ⁊ effectu oia reliquẽdo co/
gamini (qḋ abſit) iteꝝ inquinare. Cũ.n. ſicut le
cta nobis petitio veſtra ꝯtinebat de rebꝰ oibꝰ
ordini veſtro ꝯceſſis vel in poſteꝝ ꝯcedẽdis p
vos ipſos, put exigit frequẽter neceſſitas iuxta
veſtri ordinis iſtituta diſponere nequeatis nec
velitis pro ꝯſtitutionũ veſtraꝝ puritate ⁊ cõ/
ſciẽtia ꝯſtãter ſeruãda ne vobis odioſa vagãdi
tribuat materia ſi oporteat vos ſemp in hoc ad
ſedẽ apoſtolicã ad quã rerũ ipſaꝝ ſpectat ꝓpͤe/
tas hẽre recurſum. Nos quieti dicti ordinis ⁊
necitatibꝰ veſtris paterna volẽtes ſolicitudine
ꝓuidere p̄ñti vobis auc̃te ꝯcedimus: quatenꝰ
vt ſingulis veſtrũ liceat in prouincijs eis com
miſſis p ſe vel p alios frẽs ſuos qbus id duxe/
rint cõmittendũ ꝯſtituere aliquos viros ido/
neos deũ timẽtes q pro locoꝝ indigẽtia ſingu/
loꝝ res hmõi tã ꝯceſſas qꝫ ẽt ꝯcedendas auc̃te
noſtra petere: vẽdere: ⁊ cõmutare: alienare: tra
ctare: expẽdere: pmutare: ⁊ in frm̃ vſum ꝯuer/
tere valeat: qꝗꝫ vobis liceat eoſdẽ viros ſic cõ
ſtitutos remouere alioſqꝫ ad illa exeq̄nda ſine
difficultate qualibet ſubrogare quotiens vide
bitur oportunum. Nulli ergo omnino homi/
nuꝫ liceat hanc paginam noſtre ꝯceſſionis in/
fringere vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis

autem ⁊c. Datum Rome tertio decimo kalen
das ſeptembris. Põtificatꝰ noſtri anno tertio.
¶ Nicolaus quartus ꝯcedit ⁊ declarat facul/
tatẽ miſtris ⁊ cuſtodibꝰ nominãdi ꝓcuratores
⁊ ſindicos pape ⁊ eccleſie romane pro ſingulo/
rum indigentia locorum.

n **Jcolaus** ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectꝫ filijs ge
nerali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris ac cu/
ſtodibus vniuerſis ordinis frm̃ minoꝝ. Salu/
tem ⁊ aplicam beneditionẽ. Religionis fauor
ſub qua v̄tutũ dño deſeruitis ⁊ fructus vbe/
res q ex veſtris laboribus in eccleſia vniuerſali
diuina gratia cooperante ꝓueniunt nos indu
cunt vt illa vobis fauorabiliter ꝯcedamus per
quem veſtri ordinis pura obſeruantia in ſui vi
gore ſeruet. Dictiqꝫ ordinis ꝓfeſſores q ꝑ nul
la re tpali p̄ñt i inditio experiri excluſis qbuſ/
libet ſolicitudinibꝰ liberius ⁊ quietius diuinis
vacẽt obſequijs ⁊ officijs ac offerentiũ donan
tium ⁊ ꝯcedentiũ aut in vltima volũtate relin
quentium ordini p̄dicto vel frĩbus eiuſdẽ ordi
nis aliqd pp deũ pia intentio nõ fraudet ac il/
loꝝ q pp deum ad ipſos reuerentiã nõ haben/
tes eos preſumunt in pſonis vel rebus indebi/
te moleſtare audatia refrenet. Ea pp nos ſolici
tudini qua p̄dictus ordo pro ſuis necitatibus
(quotiens ingrueret neceſſitas vl' vtilitas ſua/
deret) recurrere ad romanã eccleſiã cogeretur
ad quã oium rerum mobiliũ ⁊ imobiliũ qbus
frẽs ipſi vti p̄ñt ius: proprietas: ⁊ dñium nullo
medio ſpectat penſata incõmoditate ſeu diffi/
cultate q̃ per hoc ingeri poſſet fribus ſupradi/
ctis benignius indulgẽtes. Volẽtes quoqꝫ he
redũ ⁊ executoꝝ negligentijs ⁊ moleſtatoꝝ ip
ſoꝝ frm̃ inſolentijs obuiare vt frẽs ſm̃ modos
licitos ⁊ ꝯgruos ipſi ordini relictis ſibi in teſta
mẽtis ⁊ elemoſynis nõ fraudẽt eiſqꝫ ḋ iniuria/
tionibꝰ ipſis exhibeat iuſtitie cõplementuꝫ ac
ſperantes ꝙ his q̃ ꝓ ſtatu pſpero dictoꝝ frm̃
⁊ ordines augenda fuerint p nos eo ſalubrius
⁊ vtilius ꝯſulet quo maiori fueritis in hac par
te auc̃te muniti diſcretioni veſtre de qua plenã
in dño fiduciã obtinemus ſpâles pſonas q̃ nõ
ſint de ipſo ordie nominandi pro locoꝝ ⁊ frm̃
indigẽtia ⁊ ſinguloꝝ quas pſonas per vos tali
ter nominatas in his adminiſtrationeꝫ legiti/
mam gñalem ⁊ liberã gerere ⁊ ipſos veros ad/
miniſtratores



miniſtratores ⁊ legitimos ꝓcuratores icono/
mos ſyndicos ⁊ actores eẽ de plenitudine ptã/
tis p̄ñtium auc̃te ꝯſtituendo decernimꝰ: q res
ipſas ⁊ ipſaꝝ reꝝ p̄cium ⁊ p̄dictas elemoſynas
noie ipſiꝰ eccleſie recipiãt p eoſdẽ in frm̃ ipſoꝝ
vtilitates ꝓut eis licꝫ ex rl̃a vel ex declaratiõe
rl̃e ꝯuertẽda: ſicut ⁊ qñ a te fili gñalis ⁊ ſingu/
lis alijs vr̃m in ꝓuincia vel cuſtodia ſibi decre
ta vel ab eiſdẽ fribꝰ de aſſenſu veſtro extiterint
regſiti: ac eedem pſone petẽdi exigẽdi recipien
di alienãdi p̄dicta trãſigẽdi quoqꝫ ⁊ paciſcẽdi:
ꝯueniendi: ipetrãdi lr̃as aplicas vel alias iuſti
tiam vel grãm ꝯcernẽtes. In iudices ⁊ loco cõ
ueniẽdi: ⁊ recuſandi: cõpromittẽdi: ⁊ remittẽ/
di: refutãdi: gratiões faciẽdi: agẽdi: defendẽdi:
ac in aias eoꝝ de calũnia ⁊ v̄itate dicẽda iuran
di ⁊ cuiuſlꝫ alteriꝰ gñis iuramẽtũ p̄ſtãdi ſniaꝫ
ſeu ſnias diffinitiuas: ſeu iterlocutorias audiẽ/
di. Necnon appellandi appellationis ſeu appel
lationum cauſas pſequendi cum illis ⁊ contra
illos q huiuſmodi res mobiles vel imobiles:
aut p̄cium eaꝝ vel relictas elemoſynas fribꝰ in
teſtamẽtis occuparẽt vel violẽter auferrẽt: ſiue
ꝯtra volũtateꝫ frm̃ quolꝫ detinerẽt ſeu ipſis in
pſonis vel rebꝰ aliquas iniurias irrogarẽt. Et
gñalr̃ in oibꝰ cauſis ꝓ rebꝰ ⁊ locis hmõi ad ip/
ſam eccleſiã ſpectantibꝰ ipſoꝝ frm̃ vſui ꝯceſſis.
Necnõ pro p̄dictis iniurijs ⁊ violẽtijs imuni
tatibꝰ ⁊ libertatibꝰ ac iuribꝰ ⁊ p̄uilegijs eorũdeꝫ
ſiue cuiuſlꝫ ſatiſdatiõis ⁊ cautionis onere ple/
nam liberã gñalem auc̃tem aplicam in iudicio
⁊ extra iudiciũ ptãtem reuocãdi quoqꝫ pſonaſ
eaſdẽ ⁊ eaꝝ quãlibet: ac al's eis ſubrogandi vel
noiandi p ſupradictũ modũ noiatiõis quotiẽs
opportunũ fuerit q eandẽ in p̄dictis vel ſilẽm
hẽant ptãtem plenã vel liberã ꝯcedimꝰ auc̃te
p̄ñtiũ facultatẽ. Nulli ergo oino hoium liceat
hanc paginã nr̃e ꝯceſſiõis vel ꝯſtõnis ifringe/
re ⁊c. Si qs aũt ⁊c. Datum apud vrbem vete/
rem. x. kal. ſeptẽbris. Põtificatꝰ nr̃i ãno tertio.
¶ Alia ad idẽ. vꝫ. Marti. iiij. vbi ẽt declarat ⁊
determiat facultatẽ ꝯceſſaꝫ vl' ordinatã miſtris
⁊ cuſtodibꝰ noiandi ꝓcuratores ⁊ ſyndicos ſi/
ue admiſtratores pape ⁊ eccl'ie ro: ꝓ ſinguloꝝ
idigẽtia locoꝝ. Hec hr̃ i ꝯuẽto Rothomagẽ.

m **Artinus** ep̄s ſuus ſuoꝝ dei. Dilectis filijs Ge/
nerali ⁊ ꝓuicialibꝰ miſtris ac cuſtodibꝰ

vniuerſis ordis frm̃ minoꝝ. Salutẽ ⁊ aplicam
bñdictionem. Exultãtes in dño ꝙ ſacri veſtri
ordis ꝓfeſſores in dei bñplacitis ꝯformari pró/
ptitudine deuotiõis ⁊ opis illius ſtudẽt imita/
ri veſtigia eiꝰ vias cuſtodire q deſcẽdẽs a patre
luminũ ⁊ ſerui formã accipiens ſe in laudis ſa/
crificiũ placabilẽ hoſtiã imolauit: cogitare idu
cimur honeſta remedia qbus dicti ordis pura
obſuantia in ſui vigore ſeruet: ij dẽqꝫ frẽs q pro
nulla re tpali p̄ñt in iudicio expiri excluſis q/
buſlibꝫ ſolicitudinibꝰ liberiꝰ ⁊ qetius diuinis va/
cẽt obſequijs ⁊ offerẽtiuꝫ: donãtiuꝫ: ꝯcedẽtiũ:
aut in vltima volũtate relinquẽtium ordini p̄/
dicto vel fribꝰ eiuſdẽ ordis aliqd pp deum pia
intẽtio non fraudet: ſicqꝫ nos ſolicitudini qua
p̄dictꝰ ordo ꝓ ſuis necitatibꝰ quotiens igrueret
necitas vel vtilitas ſuaderet recurrere ad ro.
eccleſiã cogeret ad quã oium rerum mobiliuꝫ
⁊ imobilium qbus frẽs vti p̄ñt ius ꝓprietas ⁊
dñiũ nullo medio ſpectat pẽſata icõmoditate
vel difficultate potius que p hoc ingeri poſſet
fribus ſupradictis benigne indulgẽtes volen/
tes quoqꝫ heredum ⁊ executorum negligẽtijs
obuiare: vt frẽs ſm̃ modos licitos ⁊ congruos
ipſi ordini relictis ſibi in teſtamẽtis elemoſynis
nõ fraudent ac ſperãtes ꝙ his q̃ ꝓ ſtatu pſpe/
ro dicti ordis agẽda fuerit p vos eo ſalubrius ⁊
vtiliuꝫ ꝯſulet quo maiori fueritis in hac parte
auc̃te muniti. Diſcretioni vr̃e de qua plenam
in dño fiduciã obtinemꝰ pſonas ſpâles que nõ
ſint de ipſo ordie noiandi ꝓ locoꝝ idigẽtia ſin/
guloꝝ quas pſonas p vos talr̃ noiatas in his
admiſtrationẽ legitimã gñalem ⁊ liberaleꝫ ge/
rere ⁊ ipſos veros ⁊ legitimos admiſtratores
iconomos ſyndicos ⁊ actores eẽ de plenitudi
ne ptãtis p̄ñtiuꝫ auc̃te ꝯſtituendo decernimꝰ:
q res ipſas ⁊ reꝝ p̄dictaꝝ p̄cium ⁊ dictas ele/
moſynas noie ipſiꝰ eccleſie recipiant p eoſdẽ in
frm̃ ipſoꝝ vtilitates ꝓut eis licꝫ ex rl̃a ⁊ decla/
ratione rl̃e ꝯuertẽdas: ſicut ⁊ qñ a te fili gñalis
vel ſingulis alijs veſtrũ in ꝓuicia vel cuſtodia
ſibi decreta vel ab eiſdeꝫ fribꝰ de aſſenſu veſtro
extiterint regſiti ab eedem pſone petẽdi exigẽ/
di recipiẽdi alienãdi p̄dicta trãſigẽdi quoqꝫ ⁊
paciſcẽdi: ꝯueniendi: cõpromittẽdi: remitten/
di: refutãdi: gratione faciẽdi: agẽdi: defendẽdi:
ac in aias eoꝝ de calũnia ⁊ veritate dicẽda iu
rãdi ⁊ cuiuſlꝫ alterius iuramẽtũ p̄ſtãdi: cuꝫ il/

lis ⁊ contra illos q hmői res mobiles ⁊ imobi-
leſ aut ꝑcium eaꝝ vel relictas elemoſynas fri-
bus in teſtõ occuparēt vel violenter auferrent
ſiue qui vltra volũtatem frm̃ quolibet detine/
rent. Et gñaliter in oibus cauſis ꝓ rebus ⁊ lo/
cis hmői ad ipſam eccleſiam ſpectãtibus ipſo/
rum frm̃ vſui ꝯceſſis: necnõ pro imunitatibꝰ li
bertatibꝰ ⁊ iuribus ac priuilegijs eorūdem ſiue
cuiuſcꝫ ſatiſdatiõis ⁊ cautionis onere plenā ⁊
gñalem ⁊ liberā hẽant auctẽ aplica in iudicio
⁊ extra iudicium ptãtem reuocãdi quoqꝫ pſo/
nas eaſdē: ⁊ eaꝝ quãlibet ac alias eis ſubrogan
di vel noiandi ꝑ ſupradictū modū noiationis
quotiens oportunū fuerit q eandeꝫ in ꝑdictis
vel ſilem hẽant ptãtem plenã ⁊ liberam ꝯcedi
mus auctẽ pſentiuꝫ facultatē. Nulli ergo oino
hoium liceat hãc paginã nr̃e ꝯceſſionis ⁊ con
ſtitutionis: ifringere vl ei auſu temerario ꝯire.
Si quis aũt hoc ⁊c. Datum apud Urbē vete/
rē. xv. kal. Februarij. Pontificatus nr̃i ãno. ij.
¶ Alexander quartus ꝙ parochiales pſbyte
ri non impediant populum venire ad loca fra/
trũ ⁊ alia ſimilia. Hec hñr Rothomagen̄.

a Lexander eps ſeruus ſer/ uoꝝ dī. Uene/
rabilibus fribus vniuerſis archiepis ⁊
epis ac dilectis filijs abbatibꝰ prioribꝰ decanis
⁊ alijs eccleſiaꝝ platꝭ ⁊ ceteris pſonis eccleſia/
ſticis tam ſecularibꝰ qꝫ regularibꝰ cuiuſcũqꝫ or/
dinis vel ꝓfeſſionis exiſtant. Salutē ⁊ aplicā
bñdi. Nec inſolitũ eſt nec nouũ vt ea q ꝑ occu/
patione vel feſtinantiã fiunt ꝓ eo ꝙ ꝯgrue de/
liberationis limina ptereunt in ꝑpēſioris de/
liberationis reducant examē. vt rectiora ⁊ eli/
matiora ꝑ attentionē plenioris diſcuſſiõis emi/
neãt. Sane quadam ab apoſtolica ſede tēpore
felicis recordatiõis Innocētij pape quarti pre/
deceſſoris noſtri littere proceſſerunt in quibus
ipſe vniuerſis religioſis cuiuſcũqꝫ profeſſionis
vel ordinis diſtricte in ṽtute obedientie iniun
gebat vt parochianos alienos i diebꝰ domini/
cis ⁊ feſtiuis non reciperēt de cetero in ſuis ec/
cleſijs vel oratorijs temere ad diuina nec ipſos
vllatenus ad pniam admitterent ſine ſuoruꝫ li
centia ſacerdotũ nec eis vllatenus in ſuis pre/
dicarent eccleſijs ante miſſarum ſolēnia: pro q/
bus audiendis pma diei parte ijdē parochia/
ni ꝯſueuerũt ⁊ debent in ſuis eccleſijs cõueni/
re nec ſermones etiam ſolēnes facerēt illa hora
ſed nec ad ꝑdicandum ſolēniter ad parochias
alienas accederēt niſi eẽnt ab eoꝝ ſacerdotibꝰ
inuitati: vel ſaltem niſi ſe ad id humilr peterēt
⁊ obtinerēt admitti: nec ea die qua dioceſanus
eps vel alius loco eius ꝑdicaret ſolēniter maxi
me in eccleſia cathedrali aliqs ipſoꝝ in eadem
ciuitate vel loco pſumeret predicare. Si ṽo in
caſu licito parochianũ alterius in ſuis eccleſijs
recipere ad ſepulturã ꝯtingeret oium que ob/
tentu ꝯſequuntur huius ſepulture portionem
canonicã etiam nõ reqſiti infra octo dies a tpe
receptiõis eoruꝫ epo vel ſacerdoti de cuius pa
rochia mortuus eſſet aſſumptꝰ exhibere cura/
rent. Si aũt aliquis religioſoꝝ huius precepti
trãſgreſſor cõtra predicta vel aliqd ꝑdictorum
venire preſumeret preter inobedientie vitium
excõmunicationis ſniam quam incurrere vo/
luit ipſo fcõ gradus ſui periculo ſubiaceret. Et
nihilominus a dioceſano ad premiſſa vniuer/
ſa ⁊ ſingula obſeruãda per cenſuram eccleſiaſti
cam appellatiõe remota diſtrictius cogeretur.
Uerum quia ſup premiſſis litteris cogitare at/
tentius ⁊ ſtudioſius deliberare proponimꝰ pa/
cis cõmodum ⁊ quietis ſolatiuꝫ eccleſijs ⁊ pſo
nis eccleſiaſticis potiſſime cupientes prefatas
litteras ⁊ ſi que alie ſup predictis vel eorum ali
quo cõtra prefatos religioſos vel alios ex ipſis
generalr vel ſpecialr contra formam cõmuneꝫ
⁊ ſolitam ꝓceſſere ac mandata ſeu precepta fa/
cta in eis vel earum auctoritate duximus peni
tus reuocãda. Ideo vniuerſitati veſtre per apo
ſtolica ſcripta mãdamus: quatenus ꝓpter hu/
iuſmodi lr̃as vel occaſiõe mãdatorum ſeu pre/
ceptoꝝ: aut ſnie que ꝯtinent nihil prorſus aga/
tis cum nullã deinceps efficaciaꝫ habeant vel
vigorem. Datũ Neapoli. xj. kalēdas Januarij.
Pontificatus noſtri anno primo.
¶ Alexander quartus cõcedit ꝙ pueri ſiue fa/
muli ſeruitijs fratrum deputati atqꝫ negocio/
rum ſuorum procuratores ⁊ operarij nõ ligent
cenſuris poſſintqꝫ audire diuina tpe iterdicti.

a Lexander eps ſeruꝰ ſuoꝝ dei. Dilectis fi/
lijs gñali miſtro ⁊ vniuerſis fribus or/
dinis minoꝝ frm̃. Salutē ⁊ aplicaꝫ bñdictio/
nem. Ut in vr̃is domibꝰ ſuientes in miſterijs
oportunis ob vr̃i grãm quã apud ſedeꝫ aplicã
ſedule



ſedule deuotionis veſtre obſeqa ꝓmerent nr̃e
gr̃e inanes nõ reddant imunes. Nos vr̃e deuo
tionis ꝑcibus iclinati ꝙ ſi qñ in pſonas vl ter/
ras in qbus reſidetis excõicationis ſeu iterdi/
cti ſniam ꝯtigerit ꝓmulgari: pueri veſtris ſui/
tijs deputati negociorum quoqꝫ ꝓcuratores ⁊
operarij q in vr̃is locis eoꝝ opibus pſonalr ꝯſti
tuti iſtiterint hmői ſentētijs obnoxij nullate/
nus habeant. Ibiqꝫ poſſint audire diuina iux/
ta formã q in locis ipſis in eo caſu a ſede aplica
eſt ꝯceſſa niſi eiſdem cãm dederint vel excõica
ti ſpãliter ſeu iterdici ꝯtingat eoſdeꝫ auctẽ vo/
bis pſentium idulgemus. Nulli ergo oino ho
minũ liceat hanc paginã nr̃e ꝯceſſionis ⁊ gr̃e
infringere vel ei auſu ⁊c. Si qs aũt ⁊c. Datuꝫ
ananie qnto kal. Julij. Pontifi. nr̃i ãno pmo.
¶ Clemens. iiij. ꝙ infringētes ſeu violãtes lo
ca frm̃ minoꝝ ſunt excõicati. Hec hñr ſub au/
ctentico in conuentu Rothomagen̄.

c Lemens eps ſeruus ſeruorũ dei. Dilectis filijs
gñali ⁊ vniuerſis miſtris guardianis:
ac fribus de ordine frm̃ minoꝝ. Salutē ⁊ apli/
cam bñdictionem. In qbuſdã locis aliqñ ꝓut
accepi pſecutiões ⁊ anguſtias ſuſtinetis vt vix
ſit vobis poſſe ꝙ ibidem ꝯditori oium valeatis
ꝓut cupitis deuotũ ipendere famulatũ. Hinc
eſt ꝙ nos veſtre ꝓuidere qeti ⁊ malignoꝝ ma/
litijs obuiare volētes vt nullus de cetero eccle
ſias: aut loca veſtra auſu temerario pſumat in/
fringere aut in illis violētiam dãnabilem exer/
cere auctẽ pſentiuꝫ inhibemꝰ. Illi ṽo q diuini
nois poſtpoſito timore ſecus facere pſumpſerit
ipſo facto ſniam excõicationis incurrãt. A qua
nõ poſſint abſolui niſi ꝑ ſedē aplicam vel ꝑ cõ/
ſeruatores ab ea vobis aut eidē ordini deputa/
tos. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginã
noſtre inhibitionis ifringere vel ei auſu teme/
rario ꝯtrahire. Si quis ⁊c. Datũ Peruſij ter/
tio kal. Julij. Pontificatus nr̃i anno primo.
¶ Hono. iiij. allegat idultũ fuiſſe a ſede aplica
vt frẽs a pplis vocati vbiqꝫ eccl̃ias ⁊ loca pro
vſu recipe ⁊ edificar poſſent ꝯcedēs vt ifra ⁊c.

b Onorius eps ſuus ſeruoruꝫ dei. Dilectis filijs
gñali miſtro ⁊ fribꝰ ord. minoꝝ. Salu
tē ⁊ aplicã bñdi. Ex pte vr̃a fuit ꝓpoſitũ corã
nobis ꝙ licꝫ vobis ꝑ ſpãlia ꝑuilegia ſedis apli/
ce ſit indultũ vt ad ciuitates vel villas vbi reli
gioſe ac honeſte cõmorari poſſitis a pplis euo/
cati accedere ibiqꝫ ꝑ vr̃is vſibꝰ edificia ⁊ eccle/
ſias ſiue oratoria ꝯſtruere valeatis: dioceſani tñ
locoꝝ in eccleſijs ſeu oratorijs q de nouo vultꝭ
ꝯſtruere pmariuꝫ lapidē ponere ⁊ ꝯſtructa cõ
ſecrare ac cimiteria vobis iuxta eccl̃ias vel ora
toria ꝑdicta bñdicere denegãt ꝓ ſue libito vo/
lũtatis. Aliq ṽo dioceſanoꝝ ipſoꝝ cũ ad eccle/
ſias ⁊ loca vr̃a ꝑ pmiſſis exequēdis ꝑꝑ euen/
tionē ⁊ pſonaꝝ multitudinē quas ſecũ ducunt
grauãt vos non modicũ in expēſis. Quare no
bis humilr ſupplicaſtis vt ꝓuidere vobis ſup
hec pr̃na ſolicitudine dignaremur. Nos itaqꝫ
vr̃is ſupplicationibꝰ inclinati deuotioni veſtre
auctẽ pñtiuꝫ idulgemus vt ſi dioceſani ꝑdicti
a vobis humilr reqſiti hmői lapidem in ꝑdi/
ctis eccleſijs vel oratorijs ponere ac eccl̃ias vel
oratoria ꝑdicta: ac etiã altaria veſtra cõſecrare
cimiteria bñdicere negauerint vel id facẽ vltra
qttuor mēſes diſtulerint vos ꝑ quoſcũqꝫ volue
ritꝭ epos grãꝫ ⁊ cõmunitionē aplice ſedis hñ/
tes pmiſſa recipe libere valeatis. Nulli ḡ oino
hoium liceat hãc paginã nr̃e ꝯceſſionis ⁊ vo/
luntatis ifringre vel ei auſu temerario ꝯire. Si
quis aũt ⁊c. Datuꝫ Rome apud ſanctã Sabi/
nam. Pontificatus noſtri anno primo.
¶ Gregorius. ix. mandat oibus eccleſiaꝝ pla/
tis vt benigne recipiãt frẽs ad dina celebrãda
⁊ ad ꝑdicãdũ ⁊ vt eos ſuis pplis recõmēdent
⁊ in ſuis necitatibꝰ liberalr aſſiſtant nec impe/
diant eis ꝯfiteri volentes etiã ꝙ illos frẽs qui
ad queſtus pecuniaꝝ ſe conuertent tanqꝫ falſa
rios capiant ⁊ condemnent ⁊c.

g Regorius eps ⁊c. Uenera/ bilibꝰ fribꝰ archi
epis ⁊ epis ac dilectꝭ filijs: abbatibus
prioribꝰ: decanis: archidiaconis: plebanis: ar/
chipſbris ⁊ alijs eccl̃iaꝝ platꝭ ad quos lr̃e iſte
puenerit. Sal. ⁊ apo. bñd. Qm̃ abũdauit iniq/
tas ⁊ refriguit charitas plimoꝝ factũ ordineꝫ
dilectoꝝ filioꝝ frm̃ mi. dñs ſuſcitauit q nõ que
ſua ſꝫ q ſunt xpi qrētes tã ꝯ ꝓfugãdas hereſes
qꝫ ꝯtra peſtes alias mortiferas extirpandas ſe
dedicarũt etiã euãgelizationi ṽbi dei in abdica
tione voluntarie paupertatis. Nos igitur ſan/
ctum eorum propoſitum ⁊ neceſſarium mini/
ſteriũ fauore beniuolo ꝓſequentes vniuerſita

ti veſtre affectuoſe duximus cõmendãdos charitatẽ vr̃am rogãtes ⁊ exhortãtes in dño: ac ꝑ apl'ica vobis ſcripta mãdantes: quatenus dilectos filios frẽs ordis memorati pro reuerentia diuina ⁊ nr̃a ad offm̃ ꝑdicãdi ad qđ ſunt ex ꝓfeſſione ſui ordis deputati benigne recipe ꝓcuretis: ac populos vobis cõmiſſos: vt ex ore ipoꝝ verbi dei ſemen deuote ſuſcipiãt. Admonẽtes vt eis ẽt in ſuis necitatibus liberalr̃ aſſiſtatis. Nec ipediatis quominus illi q ad predicationez eoꝝ acceſſerint: tunc eoꝝ ſacerdotibus valeant pctã ꝯfiteri: quatenus ad ꝑdicta ſuſcipiẽda vr̃is exhortationib⁹ prepati tanq̃ȝ bona ac fructifera terra pro vitioꝝ tribulis incipiãt ſegetes germinare v̾tutum: ⁊ dci frẽs per coopationez vr̃am ſuſcepti miniſterij curſum feliciter ꝯſumãdo optatum reportẽt ſui laboris fructum ⁊ finẽ ſalutem. vȝ. aiaꝝ. Quia v̾o ſepe vitia ſub ſpecie v̾tutum occulte ſubintrant: ⁊ angelus ſathane in angelũ lucis ſe plerũqȝ ſimulate trãſſormat: ꝑſentium vobis auc̃te mandamus: quatenus ſi qui de predictoꝝ frm̃ ordine ſe dicentes in vr̃is partibus ꝑdicauerint ad q̃ſtum pecuniaꝝ ſe ꝯuertẽdo ꝑ qđ religionẽ ipſoꝝ q pauptatem ꝓfeſſi ſunt ꝯtingeret infamari: vos tanq̃ȝ falſarios capiatis ⁊ condemnetis eoſdem. Datũ Viterbij. xj. kalen. Iunij. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

¶ Sixtus quartus ꝯcedit fribus ordis predicti cõfiteri poſſe etiam ſecularibus in caſu.

¶ Dilectis filijs vicario ac ꝑlatis ꝯuẽtuuȝ ac monaſterioꝝ reformatoꝝ ⁊ reformandoꝝ congregationis prouincie caſtelle ⁊ legionis Sixtus papa quartus ordinis minorum.

d **Ilecti** filij. Salutem ⁊ apoſtolicam bñdictionẽ. Supplicari nobis humiliter feciſtis: vt cuȝ in ꝯſtitutionibus ⁊ priuilegijs veſtri ordinis expreſſe caueatur: ne frẽs ordinis eiuſdem preterq̃ȝ ſuis prelatis ⁊ de eoꝝ licẽtia fratribus dicti ordinis ꝯfiteant̃ dignaremur concedere: vt aliqñ alterius ordinis ſacerdotib⁹ maxime neceſſitate exigente poſſint cõfiteri. Nos vt cum maiori animi qete ⁊ ꝯſcientie pace frẽs vobis ſubditi altiſſimo famulari poſſint hmõi ſupplicationibus inclinati: vt frẽs veſtra vel alioꝝ prelatoꝝ ⁊ ſuoꝝ qui pro tempore erunt licentia ſolũmodo: tñ cum itinerauerint vel fuerint extra ꝯuẽtus eoꝝ ꝓut eis ꝯcedetis ꝯfiteri poſſint: ⁊ vos qñocũqȝ ſacerdotib⁹ cuiuſcũqȝ ſecularis ſeu regularis ordis ꝯfiteri valeatis tenore preſentium auc̃te apl'ica ꝯcedimus ⁊ indulgemus. Datũ Rome apud ſcm̃ Petrũ ſub ãnulo piſcatoris die. ij. auguſti. ãno. M. cccclxxix. Pontificatus noſtri anno nono Griffus.

¶ Sixtus papa. iiij. ꝯfirmat Mare magnuȝ a ſuis ꝑdeceſſoribus ꝯceſſum ⁊ ordinatum continens ꝑncipalia ꝓuilegia ordis minoꝝ ei plura addẽdo cum ꝯſeruatorib⁹ deſup ⁊c. vt infra.

s **Ixtus** epŝ ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad ꝑpetuaȝ rei memoriam. Regimini vl'is eccleſie meritis licȝ inſufficientib⁹ diſponẽte dño ꝑſidentes: curis purgemur aſſiduis vt iuxta credite nobis deſup diſpẽſationis offm̃ geti ſubditoꝝ quorũlibet: ꝑſertim ſub religionis habitu ſtudio vacantium pie vite (in quoꝝ vtiqȝ ꝓſperitate reficimur) iugi quãtum nobis de alto ꝯcedit̃ ſolicitudinis ſtudio itendam⁹ ⁊ vt ea q̃ pro diuini cult⁹ ⁊ religionis incremẽto aiarũqȝ ſalute a ꝑdeceſſorib⁹ nr̃is romanis pontificib⁹ ꝓuide fcã ſunt ſublatis ambiguitatib⁹ que exide emerſiſſe noſcunt̃ in ſua integritate ꝑſiſtant nr̃i miniſterij partes interponimus efficaces. Dudum ſiquidem a felicis recordationis Eugenio papa quarto ꝑdeceſſore noſtro littere emanarunt tenoris ſubſequentis.

**Eugenius** epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad ꝑpetuã rei memoriam. Licet debituȝ paſtoralis officij omnibus regularem vitaȝ ꝓfeſſis vt in ſuis ꝯſeruentur priuilegijs nos reddat fauorabiles ⁊ benignos: ad ſacrum tñ ordinem fratrum minorum quoꝝ preclara religio veluti ager fertilis in dño multiplices atqȝ vberes fructus aiaruȝ ad laudem dei ⁊ fidei incremẽtum ſemꝑ attulit ⁊ affert quotidie verbo ⁊ exẽplo in populo chriſtiniano dirigẽtes ꝑcipue velut pius pater oculos mentis nr̃e: dignuȝ cenſemus ⁊ debitũ vt ipſum ordinẽ eiuſqȝ in odoreȝ ſuauitatis altiſſimo deſeruientes ꝑſonas: in ſuis priuilegijs preſertim per romanos pontifices cõceſſis debite ꝯſeruemus: ac illa ne de eoꝝ robore vllatenus heſitari valeat ꝯfirmatiõis munimine roboremus. Hinc eſt ꝙ nos dilectorum filiorum Guilelmi de caſali gñalis miſtri ordinis ⁊ frm̃ predictorum ſupplicationibus iclinati litteras quaſdã felicis recordatõis Clemẽtis pape. iiij. predeceſſoris nr̃i dicto ordini ꝯceſſas: quaꝝ tenorem de v̾bo ad verbum iferius deſcribi fecimus: ac oia ⁊ ſingula in eis ꝯtenta pro ipſaruȝ ſubſiſtentia firmiori auctoritate apl'ica ex certa ſcientia tenore preſentium cõfirmamus: ⁊ preſentis ſcripti patrocinio cõmunim⁹. Tenor v̾o predictarum litterarum ſequitur ⁊ eſt talis.

**Clemens** epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei. Dilectis filijs gñali ⁊ ꝓuincialibus miſtris ac vniuerſis fribus ordis fratrum minorum. Salutẽ ⁊ apl'icam benedictionem. Virtute ꝯſpicuos ſacri veſtri ordinis ꝓfeſſores q ꝯtẽplationi celeſtium feruẽter inuigilant ⁊ pie vite ſtudio ſine itermiſſione deſudant: decet per apl'ice circũſpectiõis auxiliũ ſic ꝓuide dirigi: ⁊ ſolicite cõfoueri: vt alicuius ꝑtextu calũnie nullũ iterne pacis excidiũ nullũqȝ religioſi ſtatus ꝑferant detrimẽtum: ſȝ in his robur ⁊ vigorẽ habeant per que circa cultum diuini nois deuotis ⁊ getis mentib⁹ inualeſcãt. Hinc eſt ꝙ cuȝ ſicut nobis exponi curaſtis tu fili gñalis miſter ⁊ ꝑdeceſſores tui iuxta eiuſdem ordis ꝯſuetudinem obſ̾uatã hacten⁹ ⁊ a ſede apl'ica toleratã ſtatim poſtq̃ȝ electi ſm̃ predicti rl'am ⁊ cõſtitutiones ordis extitiſtis: frm̃ ipſius curam geſſeritis miſterij offm̃ plene ac libere in oibus exercẽtes: ijdemqȝ fratres vobis deuote ⁊ humil'r obediuerint ⁊ intẽderint reuerenter: ⁊ in eadem regula ſit exꝑſſum vt gñalis miſter q pro tpe fuerit a miſterij offõ amoueri valeat a ꝓuincialibus miſtris ⁊ cuſtodibus in gñali caplo ꝯgregatis. ¶ Nos volẽtes ambiguitatis ſcrupuluȝ in hac parte de veſtris cordibus amputare ac ordinẽ ipm a ſede apl'ica approbatũ: eadeȝ honeſtate floridũ preclarum ſcia ⁊ virtute fecũduȝ ꝓuilegio apoſtolice gratie attollere ſingulari: veſtris ſupplicationibus iclinati deuotioni veſtre vt ſucceſſores tui fili gñalis miſter q erunt pro tempore: ſtatim poſtq̃ȝ electi ſm̃ regulam ⁊ conſtitutiones fuerint ſupradictas: eoipſo veri eiuſdẽ ordinis generales miſtri effecti curaȝ aiarum fratruȝ ipſius ordis plene habeant ⁊ libere gerãt: ipſoſqȝ fratres auctoritate ꝓpa ligare ac ſoluere: necnõ in eodẽ ordine agere valeant que ipſi miſtri ⁊ diffinitores ad hoc electi iuxta predictas conſtitutiones eiſdem ordini ⁊ fratribus ſm̃ deuȝ viderint expedire: aliaſqȝ poſſint officiuȝ miniſterij licite in oibus exercere. Jidẽqȝ frẽs tibi generali miniſtro ⁊ ſucceſſoribus ipſis deuote ac humiliter obediant ⁊ intendant. Et prefati ſucceſſores: ⁊ tu generalis miſter a ꝓuincialibus miniſtris ⁊ cuſtodibus ſm̃ regulam ⁊ cõſtitutiones ipſius ordinis abſolui ⁊ amoueri poſſitis auctoritate apoſtolica indulgemus: ratum habentes ⁊ firmum quicqd ſuꝑ premiſſis per te generalis miniſter dictoſqȝ ꝑdeceſſores fratres ⁊ diffinitores factum ⁊ obſeruatum eſt hactenus ꝯceſſa tibi exequẽdi offm̃ miniſterij quoad ꝑmiſſa oia ⁊ alia libera facultate. ¶ In electionibus quoqȝ generalis ⁊ ꝓuincialiuȝ miniſtroꝝ ipſius ordinis fratribus q debent electionem hmõi celebrare cum eos frequẽter de remotis partibus oporteat ꝯuenire: tẽpus ſuꝑ hoc a iure ſtatutũ nõ curet: nec ipſi in hac parte iuris hmõi regulis coarcẽtur. ¶ Cuſtodes ⁊ guardiani q ſm̃ ſtatuta eiuſdem ordis aliter q̃ȝ ꝑ electionem inſtituunt̃: poſt ipſam inſtitutionem ſeu ꝓuiſionem de ipſis factam curam aiarum fratrum ſibi ſubditoꝝ ipſius ordis habeant: ipſoſqȝ ligare ac ſoluere poſſint iuxta ipſius ordinis inſtituta. ¶ Fratres autẽ de ordine veſtro quos ſm̃ cõſtitutiones ipſius ordis cõuentibus veſtris deputãdos duxeritis in lectores: ſine cuiuſcũqȝ alterius licentia libere in domibus ꝑdicti ordis legere ac docere valeant in theologica facultate; illis locis exceptis in qbus viget ſtudium generale: ac ẽt quilibet in facultate ipſa docturus ſolẽniter incipere conſueuit. ¶ Et q: prohibẽte regula veſtra nulli fratrum veſtroꝝ eſt licitum populo ꝑdicare niſi a generali miniſtro veſtri ordis examinatus ⁊ approbatus fuerit: ⁊ ſibi officiuȝ predicationis ab ipſo cõceſſum: nos predictoꝝ fratrũ laboribus ⁊ periculoſis diſcurſibus euitãdis: necnon vt aiarum ſalus poſſit inde facilius ꝓuenire ſuper ꝓhibitione hmõi opportune ꝓuiſionis remediũ apponẽtes: vt ſinguli ꝓuinciales miſtri in ſuis ꝓuincijs cuȝ diffinitoribus in ꝓuincialibus capitulis cõgregatis fratres in ſacra pagina eruditos examinare ac approbare: ⁊ eis officium ꝑdicationis deum habendo pre oculis cõmittere valeãt (ſicut ex forma regule miſter poterat gñalis) plenaȝ auc̃te ꝑſertim cõ/

cedimus facultatē. ¶ Et q̄ eiuſdē ordis frēs
de locis ad loca ipſius ordis ſepius trāſmittun
tur pp q̄d ſtabilem ⁊ ꝑpetuā in certis ⁊ deter
minatis eiuſdē ordis domib⁹ nō faciunt man/
ſionē: q̄ ēt bonos ⁊ idoneos ac approbatos a
vobis frēs facitis ad ordines ꝓmoueri: liceat:
vobis ordinādos frēs eiuſdē ordis q̄buſcunqꝫ
malueritis catholicis antiſtib⁹ cōmunionem ⁊
grām aplice ſedis hñtib⁹ pñtare ipſiſqꝫ pōtifici
bus p̄ſentatos a vobis frēs ſine q̄libꝫ examina/
tione p eoſdē pontifices facienda ⁊ abſqꝫ oī ꝓ/
miſſione vel obligatiōe ipſoꝝ ordinādoꝝ frm̄
ad ordines ꝓmouere. ¶ In locis quoqꝫ in q̄/
bus degetis liceat vobis hr̄e oratoria in q̄bus
cū altari portatili poſſitis miſſaꝝ ſolēnia ⁊ alia
dina officia celebrare: ac ēt eccleſiaſtica recipe/
re ſacrā. ¶ Cū aūt gñale iterdictū terre fuerit
in eccleſijs ⁊ oratorijs veſtris ac alijs q̄buſcūqꝫ
cū ad loca ꝑueneritis eccl̄iaſtico ſuppoſita iter/
dicto clauſis ianuis: iterdictꝫ excōicatis exclu/
ſis: nō pulſatis cāpanis: ⁊ ſubmiſſa voce vobis
liceat celebrare dina ⁊ eccl̄iaſtica recipe ſacrā:
dūmō cām non dederitis iterdicto: nec ꝯtigat
id vobis ſpāl̄r iterdici: neqꝫ eccl̄ie ⁊ oratoria ea/
dē fuerint ſpāl̄r iterdicta. ¶ Hiis vō q in vr̄is
īmorant̄ obſequijs cūcta libere miſtrare poſſitꝫ
eccleſiaſtica ſacrā: ⁊ ipſos cum decedūt in vr̄is
cimiterijs ſepelire. ¶ Si qñ in terras in q̄bus
reſidetis vel eaꝝ pſonas excōicatiōis ſeu iterdi
cti ſniās ꝯtigerit ꝓmulgari: pueri vr̄is ſuitijs
deputati negocioꝝ quoqꝫ veſtroꝝ ꝓcuratores
⁊ oparij q in veſtris locis eoꝝ opib⁹ pſonaliter
ꝯtinue īſtiterit hmōi ſnie obnoxij mīme hēan/
tur: ibiqꝫ poſſint audire dina iuxta formā q̄ ip/
ſis locis in eo caſu a ſede aplica eſt conceſſa: niſi
ijdē cām dederit vel excōicari ſpecial̄r ſeu iter/
dici ꝯtigerit eoſdē. ¶ Et q̄ vos extremā pa/
tientes ꝑ xp̄i noīe pauptatem exhortatōīs pio
ſtudio bonos ad potiora dirigitꝫ ⁊ errātes i re/
ctitudis ſemitā laudabil̄r reuocatis: ꝯcedimus
vt in excōicatoꝝ terris libere cōmorari ⁊ ab eis
tūc ⁊ ēt qñ p ipſas vos trāſire ꝯtigerit necīa vi
te depoſcē ac recipe valeatis. ¶ Gñalis quoqꝫ
⁊ ſinguli ꝓuīciales miſtri ⁊ eoꝝ vicarij: ac etiā
cuſtodes in ꝓuīcijs ⁊ cuſtodijs ſibi cōmiſſis p̄/
dictis frib⁹ ꝯſtitutis ibidē: necnō ⁊ fribus alijs
eiuſdem ordis iterdum ad eos declinātib⁹ vn/
decūqꝫ abſolutiōe ⁊ diſpēſatione indigētib⁹: ſi/
ue priuſqꝫ itrauerint ordinem: ſiue poſt in caſi/
bus exceſſerint pro q̄b⁹ excōicatiōis vel iterdi/
cti aut ſuſpēſiōis icurrerint ſniās a iure vel iu/
dice gñal̄r ꝓmulgatas: ⁊ hmōi ſentētijs inno/
dati: aut in locis ſuppoſitꝫ eccl̄iaſtico iterdicto
dina officia celebrantes: vel ſuſcipientes ordies
ſic ligati notam irregularitatꝫ icurrerint: abſo
lutionis ⁊ diſpēſationis bñficiū valeant ipar/
tiri niſi adeo fuerit grauis ⁊ enormis exceſſus
ꝙ ſint ad eandē ſedē merito deſtinādi. ¶ Fra
tres etiam vr̄i quos pro tpe vos gñalis ⁊ ꝓuin
ciales miſtri: necnō ⁊ vices vr̄as gerētes: ac ēt
cuſtodes in ꝓp̄os habueritis ꝯfeſſores abſolu/
tionis ⁊ diſpēſationis bñficium vobis cū expe/
dierit valeant impartiri: iuxta formā ꝯceſſiōis
ſup abſolutione ⁊ diſpēſatione frm̄ eiuſdē or/
dinis ſupius vobis facte. Ad hec volētibus ve
ſtro aggregari collegio q ſuſpēſionis vel iterdi/
cti vel excōicationis ſentētijs a iure vel iudice
ꝓmulgatis gñal̄r ſūt ligati: abſol̄onis bñficiū
obſuata forma canonica ipartiri ipſoſqꝫ in frēs
recipe: ac eos q poſt aſſūptū hitū vel ꝓfeſſionē
emiſſam recoluerit ſe talib⁹ in ſcl̄o fuiſſe ſentē/
tijs inodatos ſm formā ipſam vos gñalis ⁊ ꝓ/
uinciales miſtri ⁊ p̄fati cuſtodes ac vices vr̄as
gerētes valeatis abſoluē ⁊ cū irregulari diſpē/
ſare: ſi forſan talib⁹ inodati ſentētijs vel in locis
interdicto ſuppoſitis dina p̄ſūpſerit officia ce/
lebrare vel ordines recipere: ita tñ ꝙ ſi aliq ex
hmōi eiſdē ſentētijs pp debitū ſit aſtricti: ſatiſ/
faciant: vt tenent̄. Volum⁹ aūt nihilomin⁹ ꝙ
poſtqꝫ fuerit abſoluti hmōi volētes aggregari
collegio ſup̄dicto niſi mox ordinē itrauerit (ēt
ſi ſup h̄ iducie eis a p̄latis eiuſdē ordis ꝯcedan
tur) eo ipſo in p̄ſtinas ſniās a q̄b⁹ eos total̄r ab/
ſolui ꝯtigerit relabant̄. Ceteꝝ veſtra diſcretio
caute ꝓuideat vt aplice ſedis aut legatoꝝ ⁊ or/
dinarioꝝ locoꝝ in abſol̄onib⁹ hmōi ſcandalū
euitet̄. ¶ Porro q̄eti vr̄e ꝓuidē volētes q̄d p
lr̄as aplice ſedis aut legatoꝝ ſeu delegatoꝝ ip/
ſius ꝯueniri a quoqꝫ mīme valeatis: ⁊ ꝙ ad pe
cuniā colligēdā cogi nō poſſitꝫ iuiti p lr̄as ip/
ſius ſedis de cetero ipetrādas: ꝙqꝫ nl̄lus vr̄m
correctōīs ſeu viſitatōīs vl̄ inq̄ſitiōīs offm̄ mo
naſterijs vel eccleſijs ſeu q̄buſcūqꝫ pſonis ipē/
dere: vl̄ ad cognitiōes cāꝝ citatiōes ꝑtiū: ⁊ de/
nūciatiōes ſniaꝝ iterdicti ⁊ excōicationū ꝓce/
dere: aut recipe curā monialium ſeu religioſaꝝ
quarūlibet



quarūlibet perſonarum teneatur per apoſtoli/
cas litteras impetratas ⁊ impetrandas iṗoſte/
rum (niſi huiuſmodi apoſtolice littere de hoc
indulto ⁊ ordine veſtro expreſſam fecerint mē
tionē) aucte vobis aplica idulgem⁹. ¶ Cōce/
dimus ēt vt ad viſitādum aliq̄ monaſteria mo
nialium cuiuſcūqꝫ ordis vel ad audiendū ꝯfeſ
ſiones eaꝝ cōpelli aliq̄tenus nō poſſitꝫ: nec ad
recipiendū cōmiſſiones cāruꝫ: ſeu ſniaꝝ execu
tiones vel alia ꝯtingētia cās ipſas p lr̄as p̄fate
ſedis in q̄b⁹ nō facta fuerit de idulgentia hmōi
mētio ſpālis: ſiue p legatos vel delegatos ipſi⁹:
vel ēt p quoſcūqꝫ. ¶ Nullus iſup archieps̄ vl̄
eps̄ nulluſqꝫ alius p̄lat⁹ eccl̄iaſtic⁹ nec eoꝝ vica
rij vel officiales ad portādū ſeu deferēdū lr̄as
vel exequēdū vel denūciandū ſniās ꝯ p̄ncipes
ſeculares cōitates pp̄l̄o ſeu quoſcūqꝫ bñfacto/
res vr̄os: nulluſqꝫ delegat⁹ vl̄ ordinari⁹ iudex
ad faciendū citatiōes vel cōmiſſiōes recipien/
das: ſiue ꝙ ſint in cauſis aliq̄b⁹ aſſeſſores ſeu ad
lites aut ꝯtrouerſias ꝯtingētia in cauſis q̄ corā
ipſis tractant̄ quēpiam vr̄m cōpellere valeant
ſine p̄dicte ſedis mādato vel lnia ſpāli exp̄ſſā
faciēte de hac idulgētia mētionē: nec q̄ſqꝫ ve/
ſtrū parere vel itēdere teneat̄ ſup his monitio/
nibus mādatis aut iuſſionib⁹ eorūdē: aut facē
vel iplere q̄d in hac pte duxerint idulgēdum.
¶ Ceteꝝ gñalis ⁊ ꝓuiciales miſtri ⁊ ipſoꝝ vi/
carij illos ex frib⁹ de q̄b⁹ aucte lr̄aꝝ ſedis apli/
ce vel legatoꝝ ipſi⁹ archieps̄is ⁊ eps̄is ac alijs q̄/
buſcūqꝫ ꝓuiſum extitit vel iṗoſteꝝ ꝯtigerit ꝓ/
uideri: corriget̄ ac ēt nō obſtāte ꝯdictione aliq̄
poſſint ad ſuū ordinē reuocare. nec p lr̄as eiuſ/
dē ſedis aut legatoꝝ ipſi⁹ iā obtētas vl̄ de cete/
ro obtinēdas aliquos de frib⁹ ipſi⁹ ordis p̄fatis
archieps̄is ⁊ eps̄is aut alijs teneant̄ in ſocios de/
putare niſi dcē lr̄e obtinēde de idulto hmōi ⁊
⁊ ordie ipſo exp̄ſſam fecerit mētionē: ⁊ alias id
honeſtati ordis ⁊ illoꝝ ſaluti viderit expedire.
¶ Nullus aūt legat⁹ niſi de latere nr̄o miſſus
aucte lr̄aꝝ ſedis aplice ſpālē ꝯ h̄ idulto ⁊ ordie
vr̄o nō faciētiū mētionē: nulluſqꝫ p̄lat⁹ nec ali
qua pſona religioſa vel ſcl̄aris de hmōi frib⁹ ad
ſua vel alteri⁹ negocia ꝓcurāda vel ſecū manē
aliquē aſſumē valeat: niſi quos gñalis vl̄ ꝓuin
cialis miſter ipos tāqꝫ idoneos ⁊ diſcretos ſibi
duxerit aſſignādos: quos ēt ſubiacere volum⁹
ordis diſcipliē. ¶ Illos vō ipſi⁹ ordis frēs q ad
p̄dicādū crucē vel ingrēdū ꝯ prauitatē hereti/
caꝫ ſeu ad alia hmōi negocia ſint vl̄ fuerit a ſe/
de aplica ꝺputati: tu fili gñal̄ miſter tuiqꝫ ſuc/
ceſſores remouē: ſeu reuocare ⁊ penit⁹ trāſferre
ipſiſqꝫ ꝙ ſupſedeāt iniūgere: alioſqꝫ ſubſtituere
cū expedire viderit libē ac licite valeatis: ⁊ in
eos ſi ꝯuenerit cēſurā eccl̄iaſticā exercē q̄libet
miſter ꝓuincialis vel ei⁹ vicarius eiuſdē ordis
idip̄m in ſua ꝓuincia circa frēs ipſi⁹ or. q̄b⁹ ab
eadē ſede ſilr̄ia ꝯtigerit ēt illa cōmitti facē poſ/
ſit: nō obſtātib⁹ aliq̄b⁹ lr̄is vel idulgētijs apli/
cis ipetratis: vel ēt iṗoſterū ipetrādis q̄ de hoc
nō fecerint mētionem. ¶ Inhibem⁹ quoqꝫ ne
q̄s poſt ꝓfeſſionē in ordine vr̄o factā de gñalis
vel ꝓuincialis ſui lnia diſcēdat ab ipo: diſcedē/
tem vō abſqꝫ cautione lr̄aꝝ alterius ipſoꝝ pre
textu alicui⁹ p̄uilegij aplice ſedis nl̄lus audeat
retinere: ꝙ ſi forte tetinere p̄ſumpſerit: vobis
gñalis ⁊ ꝓuinciales miſtri dūtaxat licitū ſit in
ipſos diſcedētes frēs ſniam excōicatiōis ꝓmul
gare. ¶ Si vō aliq de fribus veſtri ordis poſt
obtētam lniam a ſede p̄dicta aut a vobis ad re/
ligionē aliam trāſeundi īfra duos vel tres mē/
ſes ſe ad aliam religionē ſue ſaluti ꝯgruam non
ꝯtulerint ⁊ ipſius nō ſuſceperint habitū regu/
larē: licitum ſit vobis gñalis ⁊ ꝓuinciales mi/
niſtri ac vices veſtras gerētib⁹ ꝯtra ipſos tanqꝫ
cōtra alios ordis veſtri apoſtatas ꝓcedere ſm
q̄d honeſtati ipſi⁹ ordis videritis expedire. Il/
lud idē itelligi volum⁹ de illis q poſt ſuſceptio/
nem habitus alterius religionis īfra tp̄s ꝓba/
tionis in illa ꝓfeſſione facta inde p̄ſumpſerint
reſilire. ¶ Apoſtatas quoqꝫ vr̄i ordis excōmu
nicare: cape: ligare: incarcerare: ⁊ alias ſubdere
diſcipline rigori poſſitis p vos: ac etiā alios in
quocūqꝫ habitu eos ꝯtigerit inueniri: iuocato
ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.
¶ Inhibemus etiam ne fratres quos ab ordi/
ne veſtro pro ſuis culpis p gñalē ſeu ꝓuincia/
les miſtros aut cuſtodes expelli ꝯtigerit: vel q
egreſſi fuerint ꝓprio ſuo motu predicare: con/
feſſiones audire ſeu docere preſumant: niſi ad
alium ordinē in quo licite exercent̄ hmōi of/
ficia tranſierint de veſtra vel dictorum miſtro/
rum licētia ſpeciali. Qꝫ ſi forte ipſi ꝯtra huiuſ/
modi inhibitionē veſtrā aliq̄d ſup p̄miſſis te/
mere attētare p̄ſumpſerint: miſtri ac cuſtodes
⁊ eoꝝ vicarij i illos quos īfra fines ſuaꝝ ꝓuin/

ciaꝝ ⁊ cuſtodiaꝝ iuxta ꝯſuetudiné ordis veſtri
diſtrictius inuenerint talia ꝑſuméres: monitióe
ꝑmiſſa auctē nr̄a excóicationis ſententiā vale/
ant ꝓmulgare. ¶ Eiectos aūt de ordie veſtro
vel egreſſos q: receptione in eodē ſuis culpis
exigētib⁹ reddiderint ſe indignos: ⁊ alios frēs
eiuſdē ordis ex rōnabili cā ad quoſcūqȝ ordies
approbatos (ꝑterqȝ ad bti Auguſtini: tēplario
rū: hoſpitalarioꝝ: ⁊ alioꝝ religioſoꝝ arma por/
tātiū) ad vitādā occaſionē euagādi gn̄alis ⁊ ꝓ/
uinciales miſtri cū ſuis teſtimonialib⁹ lr̄is auctē
nr̄a licētiādi liberā habeāt facultatē. ¶ Nos
enim diſtrictius inhibem⁹ ne tales ad aliū ordi
nē aliter trāſire vel aliq eos recipere ſeu retine/
re preſumant abſqȝ licentia ſpeciali ſedis apo/
ſtolice faciente de hoc plenariam mentionem.
¶ Inhibem⁹ ēt vt nulli ſiue ſit in religionis
ordie ſiue extra ordinē ꝯſtitut⁹: hītū aut ita cō
ſimilē ꝙ ꝑ eū frater minor credi poſſit deſer/
re liceat abſqȝ mādato ſedis aplice ſpāli. Et vt
dicta inhibitio maiorē ꝯſequat effectū: ſtatui/
m⁹ vt hi q hītū veſtrū vel ſibi ꝑdicto mō ꝯſi/
milē deferre ꝑſumpſerint ad deponēdū ipſum
ꝑ dyocesanos locoꝝ cū a vobis reqſiti fuerint
monitione ꝑmiſſa ꝑ cēſurā eccl̄iaſticā appella/
tione poſtpoſita cōpellant. ¶ Ceteꝝ cū hūili/
tas veſtra ſibi de latitudine orbis terre nihil ꝑ/
ter domos ⁊ ortos cū vgultis ꝑmioꝝ obtētu ce
leſtiū duxerit reſuādū: nos pie volētes ꝙ illo/
rū fruct⁹ itegre veſtre pauptatis vſib⁹ applicē/
tur: vt de dictis ortis ⁊ virgultis veſtris nulli
decimā teneamini exhibere vobis auctē pn̄tiū
idulgem⁹: diſtrictius inhibētes ne qs a vobis
de ꝑmiſſis aliqd exigere vel extorqre ꝑſumat.
¶ Q: vo nōnulli veſtre religiōis habitū aſſu/
mētes diuerſis ꝑſonis q ſciri ⁊ iueniri non pn̄t
iterdū aliqua bona reſtituere teneantur: vobis
miſtris ⁊ cuſtodib⁹ ac vicarijs ꝑdictis ꝯcedi/
m⁹ vt ſinguli veſtrū i locis ſibi cōmiſſis bona
ipſa in pios vſus ꝯuertere valeāt ꝓut ſm deū
viderit expedire. ¶ Sepulturā quoqȝ i eccle
ſijs veſtris ꝯcedim⁹ ⁊ eā liberā eſſe cēſem⁹: vt
eoꝝ deuotiōi ⁊ extreme volūtati q ſe illic ſepeli
ri deliberauerit (niſi excōicati aut iterdicti aut
ēt publice vſurarij fuerint) nullus obſiſtat: ſal/
ua tn̄ iuſtitia eccl̄iaꝝ illaꝝ a qb⁹ corpora mor/
tuorum aſſumuntur: diſtrictius inhibentes vt
nulli religioſi vel ſeculares vobis iuitis aliquo/
rum corpora defunctoꝝ in veſtris cimiterijs
ſepelire: aut i eccleſijs veſtris miſſaꝝ ſolemnia
vel pro aiabus eoꝝ qui ad loca vr̄a tumulandi
ferunt ibidem exeqas celebrare ſine veſtro aſ/
ſenſu ⁊ volūtate ꝑſumant. ¶ Inhibem⁹ iſuper
vniuerſis fribus veſtri ordis ne aliqs eoꝝ (niſi
neceſſitatis vrgente articulo) alijs qȝ ꝓlatis ſuis
pctā ſua ꝯfiteri ꝑſumat: vel alijs eiuſdē ordis ſa
cerdotib⁹ ſm regulam ⁊ ipſius ordis iſtituta.
¶ Uniuerſis aūt eccl̄iaꝝ prelatis ⁊ alijs ihibe
mus ne ꝯfeſſiones vr̄as vobis iuitis audire: vl̄
cōpellere vos ad ſynodos ſeu ꝯuocatiōes ſuas
accedere: vel cū eis extra ciuitates vl̄ itra pro/
ceſſionaliter exire: aut ſuis ꝯſtitutionib⁹ ſubia/
cere: vel capitula ſcrutinia ⁊ inqſitiones in lo/
cis veſtris vel alibi de vobis facere: aut fidelita
tē iuramēto firmatā ⁊ manualē obediētiā a mi
niſtris cuſtodib⁹ vel guardianis veſtris exige/
re: aut de ipoꝝ iſtitutiōe vel deſtitutiōe ſiue de
ſtatutis veſtri ordis ſe aliquaten⁹ intromittere:
ſeu ꝓhibere ne ad ciuitates vel villas vbi reli/
gioſe ⁊ honeſte morari poſſitis a populis euo/
cati audeatis accedere: ibiqȝ pro veſtris vſibus
ꝯſtruere edificia ſeu eccl̄ias aut oratoria: aut in
accedētes frēs ſeu in ꝯſtruētes hmōi vel rece/
ptatores ipoꝝ excōicatiōis ſniās ferre ꝑſumāt.
¶ Cōcedimus quoqȝ vobis de his q in orna/
mētis aut pro eis: aut libris: fabrica: luminari/
bus: āniuerſario: ſeptimo: vigeſimo: triceſimo
aut alijs ad ꝑpetuum cultū diuinum: ſeu pro
pitantijs aut victu ad ſuſtentationē veſtrā vel
indumētis: necnō pro annuis cenſib⁹ redimē/
dis ad quoꝝ ſolutionē alique domus veſtri or/
dinis obligate noſcunt: ⁊ de domib⁹ predijs ⁊
ortis alijſqȝ locis vobis ſm iſtituta vr̄i ordinis
opportunis: aut de his que pro hmōi domibus
predijs locis ⁊ ortis emendis vobis legantur
(dummō premiſſa nō ꝯuertant in vſus alios:
ſed in illos dūtaxat pro qbus relinquūtur: aut
alios ēt q in hac ꝯceſſione vel idulgētia ꝯtinē/
tur) nulli canonicā iuſtitiā aut portionē aliquā
teneamini exhibē: ⁊ ne qs a vobis vel vltima/
rū executorib⁹ volūtatū ſeu decedentiū heredi
bus de ꝑmiſſis aliqd exigere vel extorquere ꝑ/
ſumat diſtrictius inhibemus. ¶ Ad hec liceat
fribus vr̄i ordis cū de prioribus locis ſuis ad
alia loca ſe trāſferunt: edificia ſeu oēm edificio/
rū materiā locoꝝ que dimittunt (dedicatis ec/
cleſijs



cleſijs dūtaxat exceptis) qȝ libros calices ⁊ pa/
ramēta ſecū ad alia loca trāſferre: ac edificia ip/
ſa cū ſolo ⁊ alijs ad eadē loca ꝑtinentibus (pre/
ter eccleſias) ꝑ ꝑſonas ad hoc a ſede apoſtolica
deputatas vēdere ipſorumqȝ preciū in alioruꝫ
locoꝝ ad q dicti frēs ſe trāſferūt edificationem
ſeu alias in eoꝝ vtilitatē ꝯuertere ſm ꝙ eis me
lius videbit expedire cū ipſa priora ⁊ alia loca
frm̄ ad nos ⁊ ſedē apoſtolicā ſpāliter ⁊ imedia
te pertinere noſcant. Et ne aliqui archiepi vel
epi aut alij eccl̄iaꝝ ꝓlati ſeu queuis alia ꝑſona
eccleſiaſtica vel ſecularis ꝑdicta loca ſeu bona
occupare acciper vel vſurpare aut quoquo mō
ſibi vēdicare ꝑſumāt abſqȝ dicte ſedis licentia
ſpāli diſtrictius inhibemus. ¶ Indulgentes
vobis vt ad preſtationē procurationū legatoꝝ
ꝑdicte ſedis vel nūcioꝝ ipſius ſeu diocesanoꝝ
locoꝝ aut exactionū vel collectaꝝ: ſeu ſubſidio
rū: vel ꝓuiſionū quorūcūqȝ minime teneamini
nec ad ea ſoluēda ꝑ lr̄as dicte ſedis aut legatoꝝ
vel nūcioꝝ eiuſdē ſeu rectoꝝ terraꝝ eccl̄ie Ro
mane ipetratas ſeu impoſteꝝ ipetrādas cuiuſ/
cunqȝ tenoris fuerint in ꝑpetuuꝫ cōpelli poſſi/
tis: niſi dicte ſedis lr̄e ipetrāde plenā ⁊ expꝛſſaꝫ
de idulto hmōi ⁊ dicto ordine fecerint mētio/
nē. ¶ Ceteꝝ cū felicis recordatiōis Innocen
tius papa ꝑdeceſſor noſter olim duxerit ſtatuē
dū vt exēpti gaudeāt quacūqȝ libertate. Nihi/
lominus tn̄ rōne delicti ſeu ꝯtractus aut rei de
qua ꝯtra ipſos agit rite poſſint corā locoꝝ ordi
narijs ꝯueniri: ⁊ illi quoad hoc ſuā in ipſos iu/
riſditionē prout ius exigit exercere: nos vobis
vt occaſione ꝯſtitutiōis hmōi nullū libertati/
bus imunitatib⁹ vobis ⁊ ordini vr̄o ꝑ priuile/
gia ⁊ indulgētias ab aplica ſede ꝯceſſis ꝑiudi/
ciū gn̄etur auctē pn̄tium indulgem⁹. Decerni
mus ergo irritū ⁊ inane qcqd ꝯtra tenorē ꝯſti/
tutionū ꝯceſſionū ⁊ ihibitionū hmōi ꝑ quoſ/
cunqȝ fuerit attentatū ⁊ interdicti ſuſpenſiōis
⁊ excōicatiōis ſentētias ſi quas ꝯtra ꝯſtitutiōes
ꝯceſſiones ⁊ ihibitiones eaſdē in vos vel vr̄m
aliquos aut loca veſtra ſeu bn̄factores veſtros
vel executores aut heredes ꝑdictos in poſteꝝ
ꝓmulgari ꝯtigerit penit⁹ nō tener. Nulli ergo
oino hoium liceat hāc paginā nr̄aꝝ ꝯſtitutio/
nū: ꝯceſſionū ⁊ ihibitionū ifringere vel ei auſu
temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attētare ꝑſum/
pſerit idignationē oipotētis dei ⁊ beatoꝝ Pe/
tri ⁊ Pauli aploꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſuꝝ. Da/
tū Florētie anno icarnationis dn̄ice. 1439. qr/
to idus Nouēbris. Pōtificat⁹ nr̄i anno nono.

**Nos igitur** q dicti ordis frm̄ mi/
norum in quo gn̄alis
miſtri fūgebamur officio dū ad cardinalat⁹ ho/
norē aſſūpti fuim⁹ ꝑſonaꝝ ei⁹ ſtatū ꝓſpeꝝ ⁊ trā
quillū ꝑ vberes fruct⁹ quos ordo ipſe multa
refulgens gloria meritoꝝ ⁊ grā redolens ſcita/
tis in agro eccleſie militātis in ꝓpagatiōe reli/
giōis ⁊ fidei orthodoxe hacten⁹ ꝓduxit vtili/
ter ⁊ ꝓducit ac in futuꝝ ꝓducturꝝ ſpe firma te/
nem⁹ palmites ſuos a mari vſqȝ ad mare: ⁊ ēt
ad barbaras extendendo nationes: itenſis de/
ſideram⁹ affectib⁹ Clementis ⁊ Eugenij ꝑdi/
ctoꝝ ac alioꝝ ꝑdeceſſoꝝ nr̄oꝝ q ordinē ꝑdictū
frm̄ minoꝝ alijs varijs priuilegijs nō imerito
decorarūt veſtigijs inherētes: motu ꝓprio non
ad eorūdē dicti ordi. frm̄ mi. ꝓfeſſoꝝ vl̄ alteri⁹
pro eis nobis ſup hoc oblate petitionis iſtātiā.
Sed de nr̄a mera volūtate ⁊ deliberatiōe ⁊ ex
certa nr̄a ſciētia ꝑdictas Clemētis ⁊ alias quo/
rūcūqȝ alioꝝ romanoꝝ pōtificū ꝑdeceſſoꝝ no/
ſtroꝝ lr̄as dicto ordini frm̄ minoꝝ ⁊ illius do/
mib⁹ ⁊ ꝓfeſſorib⁹ in genere ſub quacūqȝ forma
vboꝝ ꝯceſſas quas ac ſi de vbo ad vbū vna cūꝫ
ꝑdictis litteris Eugenij ꝑdeceſſoris ꝑfati pn̄ti/
bus iſerte forent) hēri volum⁹ ꝓ expꝛſſis ac oia
⁊ ſingula in illis ꝯtēta auctē apoſtolica tenore
pn̄tium approbam⁹ ⁊ robur ꝑpetue firmitatis
obtinere debere decernim⁹: ac ꝑ potiori cautela
oia ⁊ ſingula ꝑ Clemētē ⁊ Eugeniū alioſqȝ ꝑ/
deceſſores ꝑdictos in eiſdē lr̄is ⁊ in fauorē dci
ordis frm̄ minoꝝ quomōlibet ordiata: ſtatuta:
decreta: ꝯceſſa: ⁊ idulta: fieri ⁊ ſuari debere auctē
motu ⁊ ſciētia ꝑdictis de nouo ordinam⁹: ſta/
tuim⁹: atqȝ decernim⁹: ac eidē ordini minoꝝ il
liuſqȝ domib⁹ ⁊ ꝓfeſſorib⁹ ꝯcedim⁹ ⁊ idulgem⁹.
¶ Et q: ſicut accepim⁹ noſqȝ ipſi experiētia di
dicim⁹ in minorib⁹ ꝯſtituti ꝑfati ordis curā ge
rētes circa lr̄as ⁊ priuilegia hmōi nōnulla du/
bia poſtmodū ſūt exorta: hita ſup illis ꝯſidera/
tiōe decēti motu auctē ⁊ ſcientia ſimilib⁹ litte/
ras eiuſdē Clemētis ꝑdeceſſoris in ea parte in
qua ꝯcedit dicti ordis ꝓfeſſorib⁹ vt liceat eis i
locis in qb⁹ degunt hr̄e oratoria ⁊ in eis cū al/
tari portatili ēt tpe interdicti ianuis clauſis ex/
cōicatis ⁊ interdictis excluſis miſſarū ſolēnia

⁊ alia diuina officia celebrare:⁊ ꝙ eoꝝ inſiſten/
tes obſequijs cēſuris gn̄aliter ꝓmulgatis nō li
genť cum ꝯtingat eos ꝑ ſepe regri: vt ēt extra
oratoria ſup hmōi altari portatili celebrēt diuina
officia:⁊ ad illa iterdicti tp̄e tertij ordis ſci Frā
ciſci de pn̄ia nuncupati frēs ⁊ ſorores ac ſuos ⁊
illoꝝ ꝓcuratores admittāt extēdentes. ¶ Cō/
cedimus eiſdem fribus vt nō ſoluꝫ in oratorijs
⁊ locis in qbus degunt ſed ēt in quouis alio lo
co ꝯgruēti ⁊ honeſto poſſint ſup altari portati/
li hmōi miſſas ⁊ alia diuina officia libere ⁊ licite
celebrare exceptis eccleſijs ab ordinarij iuriſdi
tione nō exēptis quotiēs id eiſdē fribus ꝑ ordi
narios ex cā ꝯtigerit inhiberi. ¶ Et vt liceat
eis tp̄e interdicti frēs ⁊ ſorores dicti tertij or/
dinis bti Fran. de pn̄ia nuncupati:necnon ip/
ſoꝝ fratrum minoꝝ:ac frm̄ ⁊ ſoroꝝ dicti tertij
ordis ⁊ monialium ſancte Clare ꝓcuratores:⁊
negocia gerentes vtriuſq; ſexus admittere ad
diuina. ¶ Preterea qꝛ idem Clemens p̄deceſſor
in dcis ſuis lr̄is gn̄ali ⁊ ꝓuincialibus miſtris ⁊
eoꝝ vicarijs ac cuſtodibus abſoluēdi frēs eiuſ/
dem ordis:necnon fribus dicti ordis quos ipſi
miſtri vicarij ⁊ cuſtodes habuerint pro tp̄e in
ꝯfeſſores abſoluēdi ipſos miſtros vicarios ⁊ cu
ſtodes ab exceſſibꝰ ⁊ cēſuris (niſi talia ꝑpetraſ/
ſent:ꝑꝑ q̄ eēnt merito ad ſedē ap̄licaꝫ deſtinan
di) ac cum eis deſup diſpēſandi facultateꝫ ꝯce/
dit:⁊ ꝓpterea q ſint deſtinādi ꝑ ſepe reuoceť in
dubiuꝫ vt abſoluētiuꝫ ⁊ abſoluēdoꝝ diſpēſan/
tium ⁊ diſpēſandoꝝ pro tp̄e puritati ꝯſcie ꝯſu/
lamus. Declaramꝰ hereticos relapſos:ſciſmati/
cos:⁊ q lr̄as ap̄licas falſificaſſent: aut ad īfide/
les ꝓhibita detuliſſent:dūtaxat ad ſedē ap̄licaꝫ
merito deſtinandos. Reqs v̄o oibus ēt ſymo/
nie prauitate q̄lr̄cūq; irretitis poſſe ꝑ illos qbꝰ
inhibi ꝯcediť abſolōnis ⁊ diſpēſatōs bn̄ficiū ⁊
grāꝫ iuxta caſuū exigētiā ipartiri. ¶ Eam v̄o
ꝑtem lr̄aꝝ eiuſdē Clemen. p̄deceſſoris:in qua
ſep̄lturā in eccleſijs frm̄ dci or. liberā eē voluit
ſalua iuſtitia eccl̄iaꝝ a qbꝰ corꝑa mortuoꝝ aſſu/
muntur:declarātes libertatē hmōi itelligi de/
bere etiā quoad hoc vt fratres ipſi nullius ſup
hoc petita licentia parochias in quibus corpo
ra predicta forent cum cruce proceſſionaliter
ingredi:ac corpora ipſa leuare: ⁊ ad eoꝝ eccle/
ſia ſepelienda deferre poſſint vbi h̄ fieri ꝯſuetū
foret: vl̄ ſi p̄ſbyteri de leuatiōe regſiti id facere
recuſarent (nec cogant inuiti ēt p̄textu cuiuſ/
uis ꝯſuetudinis) ipſi vel d̄functoꝝ ꝯſanguinei
illa ad parochiales eccleſias aut alia loca defer/
re:⁊ cū illis vl̄ inhibi celebrare vel celebrari fa/
cere pro eiſdē defunctis aliqua diuia officia añ
vel poſt ſepulturā eoꝝūdē. ¶ Juſtitiā aūt eccle
ſiaꝝ a qbus corpora ipſa ſumunť iuxta eiuſdeꝫ
Clemētis p̄deceſſoris volūtatē ſaluā eē debere
decernimꝰ eo caſu quo dūtaxat apud loca ipo/
rū frm̄ corpora ipa ſepeliunť:ſi v̄o nō apud eos
ſed alios mēdicātium ordinē profeſſores corpo
ra ipſa ꝯtingeret ſepeliri:ex his q̄ ad frēs predi
ctos apud quos tunc corpora ipſa nō ſepeliren
tur de bonis d̄functoꝝ quomōlibet obuenirēt
quouis particulari vel vniuerſali titulo directe
vel ꝑ obliquū nullā canonicā aut parochialeꝫ
portionē dare teneanť:nec ſimiliter aliqua por/
tio debeať de his q̄ ad certos ⁊ determinatos
vſus eiſdē fribus vel eoꝝ domibꝰ in genere vel
in ſpecie ēt de bonis eoꝝ:quoꝝ cadauera apud
eos ꝯtigerit ſepeliri:nec ēt in caſibꝰ in qbꝰ per
eiuſdē Clemētꝫ ⁊ alioꝝ p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ ſpālia
priuilegia frēs ipſi ab hmōi ſolutiōe quarte ſūt
exēpti:nec aliquo caſu de cādelis q̄ ad manus
fribus dātur quarta aliqua quomōlibet detra/
hatur. Jn reliqs v̄o caſibꝰ q̄ꝫ in p̄miſſis in qbꝰ
quarta ipſa ſoluēda veniret: ꝯuētiōes (ſi q̄ ſint
inter frēs p̄dictos ⁊ locoꝝ ordinarios ac alioꝝ
rectores inite) laudabiles ⁊ honeſte in poſterū
obſeruenť. ¶ Et ſi forte ꝑ nos vel ſedē ap̄licaꝫ
de pie legatis diſpoſitis ⁊ relictis in genere vel
in ſpecie decima vel alia portio:ſeu quarta alte
ri pie vel nō pie cauſe ex q̄uis cā hactenꝰ ꝯceſ/
ſa foret aut in poſteꝝ ꝯcedi ⁊ ſolui aut dari mā
dari ꝯtigerit:frēs p̄dictos ⁊ illoꝝ domos:ac eis
legata ⁊ relicta aut alias in eoꝝ fauorē diſpoſita
in ꝯceſſiōe ⁊ mādatis hmōi decernimꝰ ⁊ volu
mus nō includi:niſi de ipſis ⁊ pn̄ti decreto ac
volūtate nr̄a nō ꝑ gn̄ales clauſulas:q̄ ēt ſpāleꝫ
mētionē iportare viderenť:ſed vera ⁊ ſpecifica
mentio fiat in eiſdē. ¶ Jndultū v̄o eiuſdē Cle
mētis p̄deceſſoris de decimis nō ſoluendis ad
q̄cūq; bona dictoꝝ frm̄ ⁊ quaſcūq; decimas ēt
quas vulgus papales appellat. Et ap̄lica ſedes
pro xp̄iane fidei defenſiōe aut alijs iminētibus
ꝑ ſepe neceſſitatibꝰ idicit. Et q̄cūq; alia onera
motu ⁊ ſciētia p̄dictis extēdimꝰ:d̄cernētes ip/
ſos frēs minores ēt ſi ꝑ quoſcunq; exemptos ⁊

mendicātes



mendicantes ſolui mandarentur cum quibuſ/
uis derogatorijs ⁊ fortioribꝰ clauſulis ad illaꝝ
ſolutionē nō teneri:⁊ ab illaꝝ ſolutiōe ceſſādo
cēſuras ⁊ penas aliquas nō icurrere:niſi in p̄/
ſentibus (nō ꝑ gn̄ales aut alias clauſulas ſpāleꝫ
mentionē iportātes) ſed alias ſit derogatū ſpe/
cifice eaꝝ de v̄bo ad v̄bū inſerto tenore. ¶ Et
qui ēt illis oia eccleſiaſtica ſacr̄a miniſtrare ha/
beat pro tpe in veſtris ꝓuincialibus cap̄lis vel
cōgregationibus dictoꝝ fratrum de obſeruan/
tia nuncupatoruꝫ vel extra:prout oportunum
videbitur aſſignādi) eadem auctoritate licen/
tiam concedimus ⁊ etiam facultatem. Diſtri/
ctius inhibentes locoꝝ ordinarijs:⁊ alijs qui/
buſcūqꝫ perſonis cuiuſuis ſtatus: gradus: vel
cōditionis exiſtant:⁊ quacūqꝫ auctoritate fun/
gantur:ne pretextu quarūliber litterarum ⁊ fa
cultatum eiſdem forſan conceſſarum:⁊ pro tpe
concedendarum de premiſſis que ad vos ſpe/
ctāt ſe quomōlibet impedire preſumāt. Ac de/
cernētes ex nūc irrituꝫ ⁊ inane ſi ſecus ſup his
per quoſcūqꝫ quauis auctoritate ſciēter vel igo
ranter contigerit attentari. Non obſtantibus
quibuſcunqꝫ alijs forſan circa premiſſa eis per
ſedem apoſtolicam cōceſſis facultatibus ac cō/
ſtitutionibus ⁊ ordinationib⁹ apoſtolicis ante
dictoꝝ ordinum iuramēto cōfirmatione apo/

ſtolica vel q̄uis alia firmitate roboratis ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinibꝰ ꝑuilegijs ⁊ lr̄is apl̄icis gn̄alibꝰ vel ſpālibꝰ quorūcūqꝫ tenoꝝ exiſtāt ꝑ que p̄ſentibꝰ nō exp̄ſſa vel totalr̄ nō inſerta vr̄e facultatis explicatio hmōi impediri valeat quōlꝫ vel differri: ⁊ de qbus quorūcūqꝫ totis tenoribꝰ de ꝟbo ad ꝟbum p̄ntibꝰ hn̄da eſſet mētio ſpālis: qbꝰ oibus quoad p̄miſſa illa hic ꝓ expreſſis habentes ēt ſi in eis illa. vꝫ. qbus ꝑ hmōi gn̄ales clauſulas nō intelligeret derogatū vel alie clauſule derogatorie ꝯtinerent quoad p̄miſſa ſpāliter ⁊ expreſſe derogamus ceteriſqꝫ ꝯ̄trijs qbuſcūqꝫ. Nulli ergo oino hoium liceat hanc paginam nr̄e approbationis: conſtōnis: extēſionis: volūtatis: ꝯceſſionis: inhibitiōis: decreti: ⁊ derogationis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Si qs aūt ⁊c. Datum Rome apud ſcm̄ Petrū. Anno icarnatiōis dn̄ice. M.cccclxxj. decimo octauo kal̄. Januarij. Pōti. nr̄i āno p̄.

¶ Alexander papa. vj. concedit ꝙ prelati ordinis ſ. vicarius generalis ⁊ prouinciales poſſint deputare confeſſores etiā ſeculares fratribus ⁊ ſororibꝰ tertij ordinis ſibi ſubditis.

¶ Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibꝰ vicarijs ac cuſtodibus ordis frm̄ minorum de obſeruantia nuncupatorum vltramontanis.

**a** **Lexander** papa sextꝰ. Dilecti filij. Salutem ⁊ apl̄icā bn̄dictionē. Exponi nobis feciſtis ꝙ licꝫ auc̄te apl̄ica vobis fuerit conceſſum ꝙ frēs ⁊ ſorores tertij ordis ſci Fran. de pn̄ia nūcupati ꝯfeſſores hr̄e debeāt ꝑ gn̄alem ⁊ ꝓuinciales ꝓ tpe vicarios ⁊ cuſtodes ordis fratrum minoꝝ de obſuātia nūcupatoꝝ reſpectiue deputādos q ſint de ordine frm̄ minorū ꝯuētualium vel de obſeruantia cū facultate ēt dādi ſacramēta eccl̄iaſtica dictis fribꝰ ⁊ ſororibus tertij ordis tn̄ ꝓp locorum diſtantiā ſepe euenit ꝙ cōmode p̄dictos ꝯfeſſores iuxta cōceſſionē apoſtolicā deputare nō poteſtis ⁊ propterea aliqd̄ incōueniens in aiaꝝ ſuarum periculum ꝯtingere poſſet: quare pro parte vr̄a nobis fuit humilr̄ ſupplicatū: vt in p̄miſſis oportune prouidere de benignitate apl̄ica dignaremur. Nos ſupplicationibꝰ hmōi iclinati diſcretioni veſtre ⁊ cuilibet veſtrum de cetero ꝑpetuis futuris tpibus in locis in qbus fratres cōuētuales vel de obſeruātia p̄dicti cōmode hr̄i non pn̄t fribus ⁊ ſororibus prefatis tertij ordis vbicūqꝫ vltra mōtes cōmorātibus ď ꝯſilio aliquoꝝ frm̄ ꝯfeſſores: p̄ſbr̄ os: ſecl̄ares: vel alioꝝ ordinū rl̄ares honeſtos deputare valeatis: qbꝰ eoꝝ ⁊ eaꝝ pctā ꝯfiteri: ⁊ ab eis q̄cūqꝫ eccl̄iaſtica ſacr̄a recipe poſſint: illoſqꝫ in eoꝝ monaſterijs ⁊ domibꝰ iuxta mores dci tertij ordis ſecū hēre: ita tn̄ ꝙ ꝯfeſſores ipſi dictarū ſoroꝝ clauſtra ſeu iteriores officinas abſqꝫ alterius ꝑſone bone vite ⁊ fame ſocietate nullo mō debeāt ingredi locoꝝ ordinarioꝝ: ſeu cuiuſuis alteriꝰ: licētia ſup hoc minime reqſita: libere ⁊ licite valeatis: Iniā ꝯcedimus pariter ⁊ facultatē. Nō obſtātibus p̄miſſis ac apl̄icis: necnon in ꝓuincialibꝰ ⁊ ſynodalibus ꝯſilijs ⁊ vr̄i ordis minoꝝ capl̄is editis gn̄alibus vel ſpālibus: ꝯſtitutionibus ⁊ ordinationibꝰ: ſtatutis quoqꝫ ⁊ ꝯſuetudinibꝰ dci ordis: ēt iuramēto ꝯfirmatione apl̄ica: vl̄ quauis alia firmitate roboratis: ceteriſqꝫ ꝯ̄trijs qbuſcūqꝫ. Datū Rome apud ſcm̄ Petrū ſub annulo piſcatoris die ſextadecima Maij. M.ccccc. Pontificatus noſtri anno octauo.

¶ Innocētius quartus decernit ꝙ eccl̄ie oēs vbi ꝯuentus fratrū exiſtūt ꝯuentuales vocētur: ꝯcedens vt in ipſis habeant cimiteria.

**i** **Nnocētius** eps ⁊c̄. Dilectis filijs fribus ordis frm̄ minoꝝ. Salutē ⁊ apl̄i. bn̄di. Cū tanq̄ꝫ veri ⁊ fideles xp̄i miſtri elegeritis: vobis in domo dn̄i māſiōes dignū eē credimꝰ: vt hitacula vr̄a iter alias honorabiles cōgregatiōes fideliū ſtatuant. Hinc ē igit ꝙ vr̄is ſupplicationibꝰ iclinati pn̄tiū auc̄te ďcernimꝰ vt eccl̄ie vr̄e oēs vbi ꝯuētus exiſtūt ꝯuētuales vocent. Cōcedētes vobis nihilominus Iniam vt in ipſis eccleſijs ad opus frm̄ veſtroꝝ hēre libere cimiteria valeatis. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginā nr̄e ꝯceſſionis ⁊ ꝯſtitutionis ifringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attētare p̄ſumpſerit: idignationē oipotētis dei ⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pauli aplorum eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datū Lugduni nonis Aprilis. Pontificatus nr̄i anno. vij.

¶ Sixtus quartus ꝓhibet ſub pena excōicatiōis ne frēs de familia loca ꝯuētualiū ꝓcurēt.

**s** **Ixtus** epus ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad ꝑpetuam rei memoriam. Dū ſingulos rl̄ares ordines ⁊ loca ſcimonie



ca ſcimonie dedita: illorūqꝫ ꝑſonas pi̅no ꝯſpiciamus ituitu. Ad ea p̄cipue nr̄e dirigimus cōſiderationis affectū: que mūdanis abdicatis illecebris ſpm̄ pauptatis aſſumētes: elemoſynaꝝ eis erogādaꝝ q̄ſtu potius q̄ꝫ copijs diuitiarū victum q̄rentes iugiter p̄ſtant dn̄o famulatū: ſuiſqꝫ vite ſanctimonia ⁊ ſalubribꝰ p̄dicationibus populū dei ad bn̄ ďuoteqꝫ viuēdū iducūt. Illoſqꝫ ꝓut ex iniūcto nobis celitꝰ ſeruitutis officio ꝯgruit ab oi conamur vexatōe tueri: ⁊ vt nr̄i miſterij p̄ſidio eoꝝ ſtatꝰ ꝓſperet vbilibet ⁊ ꝑſone ipſe ꝓpulſis qbꝰ obrui poſſent diſpēdijs felicis ſtatꝰ eiuſdē ſuſcipiāt icremēta. Sane dudū cū in minoribꝰ ꝯſtituti in ordie frm̄ minoꝝ gn̄alis miſtri fungeremur officio itelleximus ⁊ poſt nr̄ā ad ſūmi apoſtolatꝰ apicē aſſūptionē a dilectoꝝ filioꝝ: frm̄ p̄dicatoꝝ: minoꝝ: heremitaꝝ ſci Auguſtini ⁊ btē Marie de mōte carmeli ordinū gn̄alibꝰ magr̄is: miſtro ⁊ prioribꝰ qui ꝓ tpe fuerūt ⁊ alioꝝ dictoꝝ ordinū ꝓfeſſorū relatiōe nō ſine q̄rela accepimꝰ ꝙ laici in diuerſis mūdi ptibꝰ ꝯſtituti ꝓprijs icūbētes affectibus dū magr̄ miſtri ⁊ p̄ores ipſi tā gn̄ales q̄ꝫ ꝓuiciales ⁊ domoꝝ eorūdē ordinū: Cuſtodes Guardiani ac frēs ꝯuētuales nūcupati dictaꝝ domoꝝ iura ꝓſequunt: ac pecunias ⁊ bona ad licitos vſus eorūdē frm̄ pia xp̄i fideliū largitione eis ⁊ eoꝝ domibꝰ ac ordinibꝰ relicta ſeu legata aut al̄s debita ab eiſdē laicis exigere curat aut ipſoꝝ domoꝝ bona p̄fatis laicis ꝑ eoꝝ bn̄placito ⁊ volūtate ꝯceder̄ ſeu ciuiles laicoꝝ eorūdē diſſentiōes pticulares diſcordias ⁊ factores ſeq vel al̄s in his q̄ laici ipſi a magr̄is: miſtris: prioribus: guardianis ⁊ fribꝰ memoratis minꝰ licite poſtulāt eiſdē laicis cōplacere recuſant ac al̄s dū laici ipſi magiſtrū: miſtros: priores: cuſtodes: guardianos ac frēs p̄dictos alijs varijs plerūqꝫ occaſiōibꝰ ea qua debēt affectione nō ꝓſequunt: vt ſe de eiſdē magr̄o miſtris prioribꝰ cuſtodibꝰ: guardianis ⁊ fribꝰ memoratis ꝯuētualibꝰ nūcupatis valeāt vidicare: aut occupatoꝝ ꝑ ip̄os laicos bonoꝝ ad domos eorūdē frm̄ ptineñ reſtitutiōē differre: ⁊ ſi domꝰ ipſe ad frēs dictoꝝ ordinū ď obſuātia nūcupatos ꝑueniāt: bona illoꝝ eis accōmoda emere: ⁊ ꝓ minori p̄cio q̄ꝫ valeāt hēre poſſint: exq̄ſitis medijs curāt: ꝙ domꝰ ipſe ordinū eorūdē ꝑ p̄dictos frēs ꝯuētuales lōgo tpe poſſeſſe ⁊ inhabitare fribꝰ de obſeruātia vel alio nomine nuncupatis eorūdē ordinū ꝯcedant nouas gabellas ⁊ onera a qbꝰ frēs ipſi exēpti ſūt: ab eis exigere: varia grauamia eis iferre: ⁊ alias iniurias irrogare p̄ſumūt: ex quo plurima eiſdē fratribꝰ ꝯuētualibꝰ icōmoda ꝓueniūt: nā metu moleſtiaꝝ hmōi quas eis iferri formidāt: in exigendo ⁊ ꝓſequēdo domoꝝ ſuaꝝ iura timidiores reddunt: ⁊ eoſdē laicos vereri vltra q̄ꝫ deceat: ⁊ a libere p̄dicādo qd̄ illos tāgit abſtinere: ⁊ illis vltra q̄ꝫ ipſoꝝ qualitas exigat ⁊ ordinū p̄dictoꝝ vtilitas ꝑſuadeat differre cogant inuiti: nō abſqꝫ diuine maieſtatꝫ offēſa ⁊ ordinū eorūdē graui p̄iudicio ⁊ iactura adeo vt ꝓp icōmoda p̄dicta ēt aliq dictoꝝ ordinū ꝓfeſſores nōnūq̄ꝫ domos deſerāt ⁊ ad alios nō mēdicātiū ordines ſe transferāt tales moleſtias euitare curātes: aliq ꝟo q ordines ipſos ingrederent: ab ingrediēdo abſtinere cernant qd̄ ad eorūdem ordinū ꝑniciē paulatiꝫ cedere manifeſte digno ſcit. Nos igr̄ q dū gn̄alis miſtri dicto fungeremur officio: ꝓ q̄ꝫte vniuerſorum ꝓfeſſoꝝ dicti ordis frm̄ minoꝝ: tā ꝯuētualiū q̄ꝫ de obſeruantia aut al̄s iuxta diuerſaꝝ regionem ꝯſuetudinē nūcupatoꝝ ꝓcurauimus: ꝙ felicis recordationis Paulus ſcd̄s p̄deceſſor noſter ſub cenſuris ⁊ penis eccl̄iaſticis tūc expreſſis inhiberet vniuerſis fribꝰ p̄dictis: vt p̄dicti frēs de obſeruantia nūcupati domos eorūdē frm̄ ꝯuētualiū ordis frm̄ minoꝝ aut al̄s pro eoꝝ habitatione querere vel recipere: vel ꝙ monaſteria monialiū cure eorūdē frm̄ ꝯuētualiū cōmiſſa ipſorū frm̄ de obſeruātia cure cōmitterent ēt querere p̄ſumerēt: ꝓut in eiſdē p̄deceſſoris lr̄is deſup ꝯfectꝫ plenius ꝯtinet: tot malis quot p̄dicatorū minoꝝ heremitaꝝ ſci Auguſtini carmelitarū ſancte Marie ordinū mēdicātiū ꝓfeſſores p̄dicti ꝯuētuales nūcupati: quoꝝ ſcia ⁊ doctrina militans eccl̄ia ꝯtinua ſuſcipit incrementa exp̄miſſis patiunt (vt tenemur) obuiare cupiētes: motu ꝓprio nō ad p̄dictoꝝ magiſtri miſtri prioꝝ cuſtodū guardianoꝝ ⁊ frm̄ ꝯuētualiū vl̄ alterius ꝓ eis nobis ſup hoc oblate petitionis inſtātiā: ſed de nr̄a mera deliberatione ⁊ ex certa ſcientia lr̄as p̄deceſſoꝝ hmōi ratas habētes ⁊ inouatas: oibꝰ ⁊ ſingulis clericis ⁊ religioſis de bulla vel al̄s de obſeruantia nuncupatis ordinū quorūcūqꝫ ac laicis vtriuſqꝫ ſexus cuiuſ

tis dignitatis:gradus:ordis:vel ꝯditionis fuerint:ēt ſi marchionali:ducali:comitali:patriarchali:archiepāli:epāli:abbatiali:⁊ alia qualibet eccleſiaſtica vel mūdana ꝑfulgeant dignitate ⁊ auctē:ſub pena excōicatiōis late ſnīe eoipſo toties quoties illos ꝯfacere ꝯtigerit icurrēda:ne dom⁹ ⁊ loca ꝓfeſſoꝝ dictoꝝ ordinū ꝯuētualiū nūcupatoꝝ aut monaſteria monialiū eoꝝ cure cōmiſſa alijs frib⁹ monialib⁹ ſeu ſororib⁹ ēt eiuſdē ordis quouis noie nūcupatis quolibet ꝓcedant:aut ꝙ amotis ex ide frib⁹ ⁊ ſororib⁹ illas ⁊ illa ihabitātib⁹ reformentur:⁊ alij frēs alie ve moniales ſeu ſorores eoꝝ loca ſubrogenť ⁊ ſubſtituanť ibidē:ſeu ꝙ monaſteria ꝑdicta alioꝝ cure cōmittanť ꝓcurare:ꝗrere:attentare:niſi apud magiſtrū:miſtros:priores:gnāles:vel ꝓuinciales dictoꝝ ordinū pro tpe exiſtētes:q teneanť ⁊ debeant quotiens oportunuꝫ fuerit:⁊ poſtꝗꝫ fuerit reqſiti ifra annū domos ipſas ꝺbite reformare:⁊ q̄ correctiōe ⁊ emēdatiōe idigerent corrigere ⁊ emendare:nec ēt ad effectum hmōi ammotionis eoꝝ a domib⁹ ſuis eiſdē fribus ꝯuentualib⁹ ⁊ eoꝝ cure cōmiſſis monialibus iniurias ⁊ grauamina aliqua iferre ſeu ab eiſdē frib⁹ ꝓ reb⁹ ⁊ bonis q̄ hnt ⁊ negociatiōis cauſa ꝺferrēt pedagia:guidagia:gabellas:⁊ alia quouis noie nūcupata noua onera petere exigere vel leuare quoquō preſumāt auctē aplica pñtiū tenore diſtricti⁹ ihibem⁹ ac volumus:⁊ motu ac ſciētia ꝑdictis ſtatuim⁹ ⁊ ordinam⁹:ꝙ frēs ipſi ꝯuētuales ac ſorores ⁊ alij qcūqꝫ reformationib⁹ quas fieri ꝯtinget p gnāles ⁊ ꝓuinciales ꝑdictos acqeſcere illaſqꝫ obſeruare oino teneanť ⁊ debeāt. Quoqꝫ laici ꝑdicti in ꝑfaciēdis reformatiōib⁹ ꝑdictis al's ꝗꝫ vt ꝑferť nullaten⁹ ſe itromittāt aut ne fiāt opponāt vel ꝯdicant:nec ꝙ poſtmodū facte reformatiōis alterentur vl' mutenť:aut in eis aliqd vltra addať querere audeant ſub eadē excōicatōis ſentētia ſi ꝯtra fecerint eoipſo ex tūc icurrēda decernētes irritū ⁊ inane ſi ſecus ſup his a quoqꝫ quauis etiā aplica auctē ſcienter vel ignorāter haꝝ nō iſerto tenore ꝯtigerit attentari. Et nihilomin⁹ pñtib⁹ ⁊ futuris pro tpe dictoꝝ ordinū ꝓtectoribus oibuſqꝫ alijs ⁊ ſingulis ꝑlatis ⁊ alijs pſonis eccleſiaſticis in dignitate ꝯſtitutis:necnon eccleſiaꝝ cathedraliū ēt metropolitañ. canonicis p aplica ſcripta mādam⁹:qtenus ipſi ⁊ glꝫ eoꝝ p ſe vel p aliū ſeu alios reſpectiue dictis magro miſtris priorib⁹:cuſtodibus:guardianis:⁊ frib⁹ ꝯuētualib⁹ in ꝑmiſſis efficacis defēſionis ꝑſidio aſſiſtentes:ac ꝑmiſſa oia ⁊ ſingula vbi ⁊ qñ expedire cognouerit:fueritqꝫ deſup reqſiti ſolēniter publicātes nō pmittāt eos vel eorum aliquē ꝯ pñtiū tenorē p quoſcūqꝫ qñolibꝫ inquietari ſeu moleſtari:ac alios oēs ⁊ ſingulos quos eis hmōi excōicatiōis ſentētias icurriſſe ꝯſtiterit:quoties ſup hoc ꝓ pte aliquoꝝ ex magro: miſtris:priorib⁹:cuſtodib⁹:guardianis:⁊ frib⁹ ꝑdictis ꝯuētualibus fuerit reqſiti in eccleſijs ⁊ alijs locis vbi eis videbiť excōicatos publice nūciēt faciātqꝫ ab alijs nūciari ⁊ ab oib⁹ arcti⁹ euitari donec ꝑuia debita ſatiſfactiōe meruerit ab eadē excōicatiōis ſentētia abſolutiōis bñficiū obtinere:ꝯtradictores p cēſurā eccliaſticaꝫ appellatiōe poſtpoſita cōpeſcēdo. Nō obſtātib⁹ ꝑmiſſis ac ꝯſtitutionib⁹ ⁊ ordiationib⁹ aplicis necnō ꝑdictoꝝ ordinū iuramēto ꝯfirmatione aplica vel quauis firmitate alia roboratꝫ ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinib⁹:qb⁹ oib⁹ ⁊ ſi de illis eoruqꝫ totis tenorib⁹ ſpālis ſpecifica ⁊ expſſa mentio pñtib⁹ hñda foret tenore pñtiū quoad ꝑmiſſa ſimili ſciētia derogam⁹:⁊ illā pro iſectis haberi volum⁹ ꝯtrarijs qbuſcūqꝫ aut ſi pſonis ⁊ frib⁹ pdictis vel qbuſuis alijs cōiter vel diuiſiꝫ a ſede aplica idultū exiſtat ꝙ iterdici ſuſpendi vel excōicari nō poſſint p lrās aplicas nō faciētes plenā ⁊ expſſā ac de vbo ad verbū de indulto hmōi mētionē:⁊ qlibꝫ alia dicte ſedis idulgentia gnāli vel ſpāli cuiuſcūqꝫ tenoris exiſtat:per quā pñtib⁹ nō expſſaꝫ vel totaliter non iſertaꝫ effect⁹ eaꝝ ipediri valeat quolibet vel differri ⁊ de qua cuiuſqꝫ toto tenore habenda ſit in lrīs noſtris mentio ſpālis. Poſtremo qꝛ difficile foret pñtes lrās ad ſingulas prouicias originaliter ꝺſtinare:volumus ⁊ dicta auctē decernim⁹ ꝙ trāſumptis eaꝝ manu notarij publici ⁊ curie cauſaꝝ camere apoſtolice aut alicui⁹ epālis vel archiepālis ſigillo munitis ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicūqꝫ exhibita ⁊ oſtēſa fuerint fides adhibeatur:ac ſi ipſe originales lrē exhibite forēt ⁊ oſtēſe. Nulli ergo oino hoiꝫ liceat hāc paginā nrē ratihabitōis:inouatiōis:ihibitiōis:ſtatuti:ordiatiōis:cōſtitutiōis:mandati:derogatiōis:volūtatis ⁊ ꝺcreti ifringere:vl' ei auſu temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attentare preſumpſerit



ꝑſumpſerit idignationē ⁊c. Datū Rome apd ſcm̄ Petrū āno icarnatiōis dñice. 1470. qnto kal. Maij. Pontiſ. nrī āno 4°. P. de monte.

¶ Et qꝛ eaſdē lrās aplicas ꝑdicta ſic vt ꝑmittiť viſas ſanas ⁊ itegras ac ſuſpitiōe carētes iuenim⁹:idcirco ad venerabilis ⁊ religioſi viri fris claudij Hugonis cōmiſſarij reuerēdi pr̄is miſtri Frācie in cuſtodia pr̄te lothorigie q ꝑinſertas nobis detulit inſtañ. petitiōibus licitis annueñ. ipſos pñtib⁹ de vbo ad vbū nil addendo vel minuēdo iſeri fecim⁹. Et in teſtimoniū viſionis hui⁹ ac oium ꝑmiſſoꝝ eis pñtes p notariū publicū ifraſcriptū ſub ſcriptas dedim⁹ litteras ſigilli nrī appēſione munitas. Datum ⁊ actū Rome in edib⁹ nrīs regionis Arenule ꝓpe palatiū reuerēdiſſimi cardinalis Farneſio. Sub anno a natiuitate dñi. M.cccccviij. iditione decima: die vo ſeptima mēſis Februarij. Pōtificat⁹ ſanctiſſimi in xp̄o patris ⁊ dñi nrī dñi Iulij diuina prouidētia pape ſcdi anno qnto. Preſentibus ibidem venerabilib⁹ dñis de Kluhelic ⁊ Nicolao hunem clericis veneteñ. ⁊ Colonieñ. dioceſis Teſtibus ad premiſſa vocatis atqꝫ rogatis.

¶ Alexāder papa ſextus approbat ⁊ innouat bullas Sixti quarti ſupraſcriptas ⁊ cēſuras atqꝫ penas grauiſſimas in eiſdē ꝯtētas ⁊ expſſas ꝯtra frēs de obſeruantia ſiue familia quocūqꝫ mō ꝗrentes vel ꝓcurātes aut recipientes loca ꝯuēt⁹ vl' monaſteria miſtroꝝ ſiue miſtris ipſis ſubiecta ⁊ ꝯtra dantes eis auxilium conſilium vel fauorem ſpecialiter pro prouincia Francie.

a Lexander epꝰ ſeru⁹ ſeruoꝝ dei. Ad ppetuaꝫ rei memoriā. Sup gregem dñicum nobis licet imeritis deſup creditū vigilis exercentes ſpeculatoris offm̄ i ꝺcor̄ ſacre religiōis ſub q̄ dilecti filij frēs ordis mi. mūdanis abiectꝫ illecebris ꝺuotū ⁊ ſcm̄ exhibēt dño famulatū iḡeti mētꝫ exultatōe reficimur ꝑſpiciētes potiſſime qđ ipi ſuis ſcis opōnib⁹ qb⁹ i agro militātꝫ eccl'ie tāqꝫ rutilās i amictu ſpōſe carbūculus ⁊ cādida margarita ꝑfulgēt:⁊ orōnib⁹ aſſiduis ſibi ad ſalutē ꝓſunt ⁊ exēplo bone vite alios ad opa icitāt charitatꝫ. Uñ ꝓſpeꝝ eoꝝ ſtatū pr̄nis ꝯſiderātes affectib⁹ ne iteſtie diſcordie q̄ p vſutū hūani gn̄is hoſtē iter dci ordis ꝓfeſſores iaꝫ dudū diſſeminari ceperūt diuti⁹ iualeſcāt ad ea ꝯtinua ſolicitudine intēdimus:per que diſcordie ipſe penitus extirpenť:⁊ frēs predicti mutua iter ſe charitate ꝯiuncti:in pacis amenitate ⁊ ꝑfectioris vite qete qbuſuis ſemotis ꝑturbationibus in eodē agro ꝓficiant:ac ſibi ⁊ alijs fructum germinēt ſempiter nū. Dudum ſiqdē felicis recordationis Paulus papa ſcd's predeceſſor noſter de pie memorie Sixti pape quarti ēt predeceſſoris noſtri tunc in minoribus cōſtituti:ac dicti ordis gnālis miniſtri:⁊ quōdaꝫ Marci de Bononia tunc in ciſmontanis partibus ſup fratres dicti ordinis de obſeruantia nūcupatos vicarij generalis: necnō etiam tūc generalis procuratoris cōuētualium:⁊ commiſſariorum de obſeruantia nuncupatoꝝ tam citra ꝗꝫ vltramontanoꝝ fratruꝫ huiuſmodi in romana curia tunc deputatoꝝ expreſſo conſenſu ⁊ cōcordia ex eius certa ſcientia ſub excōmunicationis late ſentētie pena iter alia per quaſdam diſtrictius inhibuit: ne conuentuales de obſeruātia:⁊ econuerſo de obſeruantia nuncupati frēs dicti ordinis per ſe vel aliuꝫ ſeu alios quouis queſito colorē vel ingenio. Cōuentualium fratrum predictoꝝ aliquam domū locuꝫ ꝯuētum ſeu monialiūꝫ eis ſubiectaꝝ monaſteriuꝫ de nouo recipe inuadere vel ꝑturbare:aut de illa vel illo ſe quomōlibet itromittere quoquo mō preſumerēt. Alioqn ex tunc in cōtrafaciētes:⁊ inhibitionis hmōi trāſgreſſores taꝫ ꝯuentuales ꝗꝫ de obſeruātia frēs ꝑdictos:eiſqꝫ in ꝑmiſſis dantes auxilium vel fauorē publice vel occulte:directe vel indirecte cuiuſcūqꝫ ſtatus vl' dignitatis forēt in ꝑdicto ordine excōicationis ſniaꝫ ꝓmulgauit:a qua nō poſſent niſi a romano pōtifice pro tpe exñte:⁊ in mortis articulo ꝯſtituti abſolutionis bñficiuꝫ obtinere. Et deinde ꝑfatus Sixtus ꝑdeceſſor:q intериꝫ dcō Paulo ꝑdeceſſore de medio ſublato ad ſūmi aplatus apicē dina fauēte clemētia aſſumptus fuerat motu ꝓprio:⁊ ex certa ſcia ſua lrās ꝑdictas ratas ⁊ gratas habēs:ac inouans oib⁹ ⁊ ſingulis clericis ⁊ religioſis de bulles vel al's de obſeruantia nūcupatis ordinuꝫ quorūcūqꝫ: necnō laicis vtriuſqꝫ ſexus:ēt cuiuſuis dignitatis gradus vel cōditionis forēt. Etiam ſi patriarchali:epiſcopali: abbatiali: ⁊ alia quauis eccleſiaſtica vel mūdana prefulgerent dignitate ⁊ auctē ſub pena excōicationis late ſentētie

hmõi quã eo ipſo quotiens illos ꝯtrafacere cõ
tingeret incurrerẽt:p alias ei⁹ lr̃as ſil̃r ĩhibuit
ne dom⁹ ⁊ loca ꝓfeſſoꝝ dicti ordis ꝯuẽtualiuꝫ
nũcupatoꝝ aut monaſteria monialiũ eoꝝ cure
cõmiſſa alijs frib⁹ monialib⁹ ſeu ſororib⁹ etiam
eiuſdẽ ordis quouis noĩe nũcupatis quolibet
ꝯcederent̃:aut ꝙ amotis exĩde frib⁹ ⁊ ſororib⁹
illas ⁊ illa inhabitãtib⁹ reformarent̃:⁊ alij frẽs
alie ve moniales ſeu ſorores eoꝝ vel earuꝫ loco
ſurrogarent̃ ⁊ ſubſtituerent̃ ibidẽ ſeu qđ mona
ſteria p̄dicta alioꝝ cure cõmitterent̃ procurare
q̃rere aut tẽtare niſi apud magiſtrũ miſtros ⁊
ꝓuinciales dicti ordis ꝓ tp̄e exiſtẽtes:q tenerẽ
tur ⁊ deberẽt quotiens oportunũ foret ⁊ poſt
q̃ꝫ eſſent reqſiti ĩfra annũ domos ipſas debite
reformare:⁊ q̃ correctione ⁊ reformatõe ĩdige/
rẽt corriger̃ ⁊ emẽdare:nec ẽt ad effectũ hmõi
amotiõis eoꝝ a domib⁹ ſuis eiſdẽ frib⁹ ꝯuẽtua/
lib⁹ ⁊ eoꝝ cure cõmiſſis. Monialibus iniurias
aut grauamina ĩferre quoquo mõ p̄ſumerent
ꝓut in ſingulis lr̃is p̄dictis pleni⁹ ꝯtinet̃. Cuꝫ
aũt ſicut exhibita nobis nuꝑ ꝓ parte dilecto/
rũ filioꝝ modernoꝝ miſtri ꝓuincialis cuſtodũ
guardianoꝝ ⁊ alioꝝ frm̃ dicti ordis ꝯuẽtualiũ
nũcupatoꝝ ꝓuincie Frãcie iuxta morẽ eiuſdẽ
ordis petitio ꝯtinebat pro pace ⁊ quiete p̄dicti
ordis ⁊ illi⁹ frm̃ tã ꝯuẽtualiũ q̃ꝫ de obſeruantia
nũcupatoꝝ aiarũq; ſuaꝝ ſalute ⁊ euitatiõe ſcã/
daloꝝ ⁊ periculoꝝ q̃ ĩter eos euenire poſſent
nihil vtilius ꝯueniẽtiuſq; ſit q̃ꝫ ꝙ lr̃e predicte
ſtrictiſſime obſeruent̃:ꝓ ꝑte tã venerabilis fr̃is
nr̃i Georgij ep̄i albanen̄. dicti ordis vice ꝓte/
ctoris ſuꝑ hoc inſtãtis ⁊ aſſerẽtis p̄miſſa dicto
ordini frm̃ minoꝝ expedire) q̃ꝫ miſtri ꝓuicia/
lis cuſtodũ guardianoꝝ ⁊ frm̃ ꝓuincie Frãcie
hmõi nobis fuit humil̃r ſupplicatũ:vt ſingu/
las lr̃as p̄dictas quoad ꝓuinciã Frãcie hmõi
⁊ illius domos ⁊ frẽs monaſteriaq; monialiuꝫ
eis ſubiecta approbare ⁊ inouare aliaſq; in pre/
miſſis oportune ꝓuidere de benignitate ap̄lica
dignaremur. Nos igit̃ q ordinẽ frm̃ minoꝝ ⁊
illius frẽs p̄dictos ſingulari dilectiõe ꝓſequi/
mur miſtrũ ꝓuincialẽ cuſtodes guardianos ⁊
alios frẽs ꝓuincie Frãcie hmõi ac eoꝝ ſingu/
los a qbuſuis excõicatõis ſuſpẽſiõis ⁊ ĩterdicti
alijſq; eccl̃iaſticis ſentẽtijs cẽſuris ⁊ penis a iu
re vel ab hoĩe quauis occaſiõe vel cã latis ſi q
b⁹ quolibꝫ ĩnodati exiſtũt ad effectũ p̄ntiũ dũ/
taxat ꝯſequẽdũ haꝝ ſerie abſoluẽtes ⁊ abſolu/
tos fore cẽſentes:hmõi ſupplicatiõib⁹ ĩclinati
ſingulas lr̃as p̄dictas cũ oib⁹ ⁊ ſingulis in eis
ꝯtẽtis clauſulis quoad ꝓuiciã illiuſq; domos
⁊ frẽs monaſteriaq; monialiũ eis ſubiecta hu/
iuſmodi auc̃te ap̄lica ex certa ſciẽtia nr̃a tenore
p̄ntiũ approbam⁹ ⁊ inouam⁹:illaq; oia quoad
ꝓuiciã ⁊ illius frẽs domos ⁊ monaſteria hmõi
ſub excõicatiõis anathematis ⁊ ꝑpetue male/
dictiõis ac ſingulis alijs penis in ſingulis lr̃is
p̄dictis ꝯtẽtis quas directe vel ĩdirecte ſecrete
vel occulte ꝯtrafaciẽtes ⁊ p̄miſſa quoquo mõ
nõ obſeruãtes:aut ꝯ̃ ea ſeu eoꝝ aliqua vel aliqđ
apud reges:pricipes:duces:cõmites:barones:
cõmunitates:vniuerſitates:locoꝝ ordiarios ⁊
alios p̄latos ac quaſcũq; alias ꝑſonas eccl̃iaſti/
cas vel ſeculares ſeu eoꝝ aliquẽ vel ẽt apđ ſedẽ
ap̄licã aliqđ quoquo mõ ꝑ ſe vl̃ aliuꝫ ſeu alios
ſolicitãtes aut quaſcũq; alias lr̃as ĩpetrãtes ſeu
ĩpetrare ꝓcurãtes cuiuſcũq; ſtat⁹ gradus ordis
ꝯditionis nobilitatis p̄eminentie dignitatis ⁊
auc̃tis fuerit:eo ip̄o ĩcurrãt ꝑpetuo ſtrictiſſime
obſeruari mãdam⁹. Et nihilomin⁹ ꝙ de cetero
ꝑpetuis futuris tp̄ib⁹ nulla dom⁹ ꝓuincie ⁊ or/
dis ꝯuẽtualiũ hmõi ẽt vigore quarũcũq; lr̃aꝝ
ap̄licarũ ⁊ ap̄lica auc̃te emanataꝝ quouis mõ
reformari valeat niſi prius reformãdi frẽs cum
miſtro dicte ꝓuincie ꝓ tp̄e exiſtẽte ac cuſtode
ſub cui⁹ cuſtodia ipſa reformãda dom⁹ fuerit ꝑ
lr̃as ap̄licas de ꝯſenſu ꝓtectoris aut vice ꝓte
ctoris p̄dicti ordis ẽt pro tp̄e exiſtẽtis in eiſdẽ
lr̃is exp̄ſſo:⁊ de quo legitime ꝯſtet moneant̃ ꝙ
ĩfra annũ ꝓut in lr̃is Sixti p̄deceſſoris hmõi
cauet̃ a die monitiõis hmõi cõputãdũ ſm̃ rl̃a/
ria dicti ordis ĩſtituta priuilegiaq; ⁊ ĩdulta eis
ꝑ dictã ſedẽ ꝯceſſa:⁊ eoꝝ ꝯſuetudines approba
tas reformari debeãt. Et ſi ĩfra annũ ſe reforma
re recuſauerint tũc ꝑ alias lr̃as ap̄licas de prio
rib⁹ lr̃is ac monitiõe ⁊ ꝯſenſu hmõi ſpãlẽ men/
tionẽ faciẽtes:⁊ de ſimili ꝯſenſu ꝓtectoris vel
ſub ꝓtectoris p̄dicti de quo ẽt ꝯſtet vt p̄mitti/
tur emanatas:⁊ nõ alias reformatio hmõi ar/
chiep̄is vel ep̄is ⁊ nõ eis ĩferiorib⁹ q ꝑ ſeipſos
vel ſaltẽ eoꝝ vicarios gñales ꝓcedere teneant̃
cõmitti ⁊ ad reformationẽ hmõi miſter ꝓuin/
ciales cuſtos guardian⁹ ⁊ frẽs dom⁹ ſic reformã
de hmõi ⁊ alij q fuerit euocãdi cũ aſſignatione
termini duoꝝ mẽſiũ ad ſe parãdum ⁊ ſuꝑ hos





conſulenduꝫ:ac ꝯtra lr̃as reformationis hmõi
allegãduꝫ citari:ꝙq; reformatio ipſa iuxta in/
ſtituta priuilegia ĩdulta ⁊ ꝯſuetudines hmõi ⁊
nõ al̃s fieri ⁊ dom⁹ ac frẽs ſic reformati ad no/
uaꝫ obiam mĩme reduci:ſed ſub miſtri ⁊ illius
cuſtodis predictoꝝ obia vt p̄us remanere de/
beant:ꝙq; ipſi frẽs de obſuãtia ꝯtra ꝯuentua/
les:aut ipſi ꝯuentuales ꝯtra de obſeruantia fra
tres p̄dictos eorũq; religionem vitaꝫ mores ⁊
honeſtatem quoad ꝓuiciam ⁊ illius domos ac
frẽs hmõi xp̄i fidelib⁹ directe vel ĩdirecte quo/
uiſqueſito colore aliqđ quoquo mõ predicare:
aut publice dicere ſub excõicatiõis anathema/
tis maledictiõis ⁊ alijs ſentẽtijs cenſuris ⁊ pe/
nis p̄dictis quas cõtra facientes:etiam eoipſo
incurrãt nullaten⁹ poſſint. Preterea ꝙ Pauli
⁊ Sixti p̄deceſſoꝝ hmõi ac p̄ſentibus lr̃is aut
eorum aliqb⁹ in toto vel in parte aliq̃tenus de/
rogari nõ poſſit nec derogatũ eſſe cenſeat̃:etiaꝫ
per lr̃as p̄uilegia ĩdulta ſtatuta ordinatões cõ/
miſſiones mãdata decreta ꝯceſſiões ⁊ alias di/
ſpoſitiões q̃cũq; etiam quaſuis ſn̄ias cẽſuras ⁊
penas in ſe cõtinentia:ac ſub qbuſuis formis ⁊
expreſſiõibus v̄boꝝ:ẽt cum derogatoriaꝝ dero
gatorijs alijſq; fortiorib⁹ efficatiorib⁹ vrgẽtiori/
b⁹ ampliſſimis ⁊ ĩſolitis clauſulis irritãtibuſq;
decretis:⁊ ẽt cum ſingulaꝝ lr̃aꝝ p̄dictaꝝ tota/
li ⁊ v̄ba iſertione:ẽt ad iſtantiã imꝑatoris regũ:
reginaꝝ:p̄ncipũ:ducũ:comitũ: cõmunitatuꝫ:
vniuerſitatuꝫ:⁊ alioꝝ dñoꝝ tp̄alium:ac cardi/
nalium:patriarchaꝝ:archiep̄oꝝ:ep̄oꝝ:⁊ alio/
rum p̄latoꝝ:⁊ ꝑſonaꝝ quarũcũq; etiã ex q̃ꝫtũ/
cũq; maximis ⁊ excogitabilib⁹ cauſis cõſidera/
tõib⁹ ⁊ reſpectib⁹ ac ſcia ⁊ motu ſil̃ib⁹:⁊ de apo
ſtolice ꝑtãtis plenitudine ꝑ ſedem ap̄licã p̄di/
ctam:vel eius auc̃te tam hactenus q̃ꝫ deicepe
pro tp̄e ꝯceſſa facta ⁊ q̃lolibet emanata:etiaꝫ ſi
in eis caueat̃ exp̄ſſe qđ illis nullatenus aut niſi
ſub certꝫ modis ⁊ formis tũc exp̄ſſis ⁊ de ap̄li/
ce ꝑtãtis plenitudie hmõi derogari valeat:niſi
in eiſdẽ derogatorijs lr̃is qđ ſingule lr̃e p̄dicte
ad obuianduꝫ aiarum periculis grauiſſimiſq;
incõuenientib⁹ ⁊ ſcãdalis que ĩter eoſdem frẽs
exoriri formidabant̃ mature ⁊ cõſultiſſime:ac
graui cũ deliberatiõe emanarũt:⁊ ꝑ illas incõ/
uenientib⁹ ⁊ ſcandalis hmõi oportunũ ⁊ ſalu/
berrimũ remediuꝫ adhibet̃:ꝙq; ex illaꝝ dero/
gatiõe nõ minora poſſent icõuenientia ⁊ ſcan/
dala in poſteꝝ exoriri paciq;:ꝯcordie:⁊ tranq̃l/
litati ipſoꝝ frm̃ ꝑniciosiſſime obuiaret̃:⁊ eoruꝫ
ꝑturbatio ſcãdaloſa diſcordia ſeq̃ret̃ expreſſe ⁊
indiuidue:ac v̄boꝝ forma hmõi nõ mutata v̄e
⁊ nõ ficta mẽtio ſcã fuerit:⁊ de ꝯſenſu ꝓtecto/
ris ſeu vice ꝓtectoris pro tp̄e exñtis hmõi de
quo in dcis derogatorijs lr̃is mentio fiat:⁊ ſil̃r
ꝯſtet ꝙ derogatorie dicte lr̃e emanauerint fue/
ritq; miſtro prouinciali cuſtodi ⁊ reformandis
Guardiano ⁊ fribus p̄dictꝫ ꝑ trinas lr̃as ap̄li/
cas diuerſis tp̄ibus:⁊ cum ĩteruallo duoꝝ mẽ/
ſium de p̄ſentatione ad p̄ntationeꝫ p̄ntatas in/
timatũ:qđ p̄dicta ſedes lr̃as derogatorias hu/
iuſmodi ꝯcedere vl̃ alias p̄miſſis derogare in/
tendit:ac qcqđ ⁊ totum id qđ contra Pauli ⁊
Sixti p̄deceſſoꝝ ac p̄ntium lr̃aꝝ hmõi ⁊ earuꝫ
ſingularum tenores ꝑ quoſcũq; ẽt locoꝝ ordi/
narios:reges:principes:duces:comites:baro/
nes:cõmunitates:vniuerſitates: ⁊ alios dños
tp̄ales:necnõ dicte ſedis legatos:ẽt de latere ⁊
cardinales ac nũcios:cõmiſſarios:delegatos:⁊
alias ꝑſonas quaſcunq; cuiuſuis ſtatus gradus
ordis vel ꝯditiõis exiſtãt:ẽt vigore quarũcũq;
lr̃aꝝ ap̄licaꝝ:etiã cuꝫ derogatoriaꝝ derogato/
rijs clauſulis hacten⁹ emanataꝝ ⁊ impoſterum
emanandaꝝ hmõi:⁊ alias quolibet ⁊ quacũq;
auc̃te ſcienter vel ignorãter attẽtari ⁊ fieri ꝯti/
gerit:ex nũc irritum ⁊ inane illudq; ⁊ ꝯtrarias
lr̃as p̄dictas nullius fore roboris vel momenti
⁊ hr̃i prorſus pro ĩfectis auc̃te ⁊ ſcia p̄dictis ir/
refragabil̃r ſtatuimus ordinam⁹ ⁊ decernim⁹.
Nõ obſtãtibus ſingulis p̄miſſis ac ꝯſtõnibus
⁊ ordinationib⁹ ap̄licis:necnõ ſtatutis ⁊ ꝯſue/
tudinib⁹ dicti ordis frm̃ minoꝝ iuramẽto con
firmatione ap̄lica vel quauis firmitate alia ro/
boratis:p̄uilegijs quoq; indultis ⁊ lr̃is ap̄licis
ordini fratrũ minoꝝ ⁊ frib⁹ ac qbuſuis ꝑſonis
hmõi cõmuniter vel diuiſim:ẽt cum p̄miſſis ⁊
qbuſuis alijs clauſulis ⁊ decretꝫ hacten⁹ quo/
modolibet ꝯceſſis ⁊ in poſterum cõcedendis:
qbus etiam ſi de illis eorũq; totis tenoribus ꝓ
eorum ſufficienti derogatione ſpecialis ſpecifi/
ca expreſſa ⁊ indiuidua ac de verbo ad verbũ:
non aũt ꝑ gñales clauſulas id importãtes men
tio:ſeu queuis alia expreſſio habẽda foret eorũ
tenores p̄ſentib⁹ pro ſufficiẽter expreſſis habẽ/
tes hac vice dũtaxat illis al̃s in ſuo robore per/
mãſuris haruꝫ ſerie ſpecial̃r ⁊ expreſſe deroga/

mus contrarijs qbuſcunq̃z. Uerum quia diffi/
cile foret p̃ſentes lr̃as ad ſingula queq̃z loca in
qbus expediens foret deferri volum⁹ atq̃z de/
cernim⁹: ꝙ illaꝝ trãſumptis manu alicui⁹ pu/
blici notarij: inde rogati ſubſcriptiʒ ⁊ ſigillo ali
cui⁹ curie eccl̃iaſtice ſeu pſone i dignitate eccle/
ſiaſtica ꝯſtitute munitis ac ꝑſus in iudicio: ⁊
extra ⁊ al̃s vbilibet fides adhibeat̃: q̃ eiſdẽ pñ/
tib⁹ adhiberet̃ ſi eẽnt exhibite vel oſtẽſe. Nulli
ergo oino hoĩuʒ liceat hãc paginã nr̃e abſolu/
tiõis: approbõnis: inouatiõis: mãdati: ſtatuti:
ordinationis: ꝯſtõnis: derogatõis: volũtatis: ⁊
decreti ĩfringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire.
Si qs aũt hoc attentare preſumpſerit idigna/
tionẽʒ oĩpotentis dei ac btõꝝ Petri ⁊ Pauli
apoſtoloꝝ eius ſe nouerit icurſurum. Datum
Rome apud ſcm̃ Petrum ãno icarnatõis do/
minice. M.cccc.xcvj. x. kal. Sebtẽbris. Ponti
ficatus noſtri ãno. vij. Sic ſignatum ſupra pli/
cam P. de linis. Cõſeruatoria ſiue executoria
bulla deſup cum originali habet̃ Pariſius.

¶ Calixtus papa tertius ꝯfirmat ⁊ obſeruari
mandat ac iterſerit lr̃as Nicolai pape qnti in/
hibẽtes diſtrictius ne frẽs de familia vbicũq̃z p
ſe vel p alium ſeu alios loca vel ꝯuentus fratrũ
vel monaſteria ſororuʒ regimini ⁊ cure miſtro/
ruʒ ſubiecta recipe audeant: ſeu de illis ſe itro/
mittere quocũq̃z modo preſumant.

c **Calixtus** epõs ſeruus ſeruoruʒ
dei. Ad futuram rei
memoriam. Regimini vl̃is eccleſie di/
ſponẽte dño p̃ſidẽtes iuxta paſtoral̃ officij de/
bitum cura reddimur ideſeſſa ſoliciti: vt regu
lares ordines p̃ſertim dilectoꝝ filioꝝ fratrum
minoꝝ quoꝝ religio vniuerſum cõpleuit orbẽ:
in quoꝝ vtiq̃z tranqllitate quieſcim⁹ iurgioruʒ
⁊ litigioꝝ reſecatis anfractib⁹ in ꝯcordie dulce
dine ⁊ pacis vbiq̃z famulent̃ altiſſimo. Unñ ad
ipſoꝝ dirimẽdas lites ⁊ quecũq̃z ſubmouenda
ſcãdala q̃ in ipõ ordie ambitõe quorũdã facien
te ac inimico humani gñis ſupſeminante ziza/
nia pullulare ꝯſpicim⁹ eo aplice ſolicitudis ſtu
dio ꝑpenſius occurrimus quo illoꝝ diſſentio
diſpẽdioſior fore cenſetur: ac periculoſius alijs
cedit in exẽplum: illa etiam aplico munimine
roborãtes que ꝓpterea ſalubrib⁹ remedijs no/
uim⁹ proceſſiſſe. Sane dudum felicis recorda/
tionis Nicolaus papa qnt⁹ predeceſſor noſter

attente conſiderans ꝙ ex captionib⁹ domoruʒ:
locoꝝ: ⁊ ꝯuentuum fratrum ordis minoꝝ hu/
iuſmodi ac monaſterioꝝ monialium ſcẽ Clare
ſub eorũdem fratrum cura ⁊ admiſtratiõe de/
gentiuʒ que p nõnullos alios frẽs dci ordis de
obſeruãtia crebro fiebant p que plurima ſcan/
dala in diuerſis mũdi regionib⁹ ⁊ ꝓuicijs exor/
ta erãt ⁊ maiorib⁹ exide niſi deſup oportune ꝓ/
uideret̃ adit⁹ pateſcebat ad p̃cludendum viaʒ
ſcandalis hmõi: nõnulla ihibitiões ⁊ mãdata
eiſdem frib⁹ de obſeruãtia nũcupatis ſub cẽſu/
ris ⁊ penis fecit: ꝓut in ipſius p̃deceſſoris lr̃is
quarum tenorem preſentib⁹ de verbo ad ver/
bum inſeri fecimus plenius continetur. Tenor
autem earũdem litterarum talis eſt.

**Nicolaus** epõs ſeruus ſeruoruʒ dei.
Uenerabilibus frib⁹: ar/
chiepõ Ceſar auguſtanẽſi: ⁊ epõ Oxonienſi: ac
dilecto filio abbati monaſterij de vernela Tira/
ſonẽſis dioceſis. Salutem ⁊ aplicam bñdictio/
nem. Cum ad ſacrũ frm̃ minoꝝ ordineʒ quem
merito in viſceribus amplectimur charitatis
intuitũ dirigim⁹ mẽtis nr̃e illum ꝑfecto in ec/
cleſia militãti veluti ſtella matutina mẽtis cor/
ruſcare ꝑcepim⁹ iſignijs meritorum. Unde cũ
illius ꝑfeſſores votiua pacis dulcedine potiun
tur nos vtiq̃z in eorum qete qeſcim⁹. Et quã/
do aliqd ſiniſtri iter eos veriſil̃r emerſurum fo
re dubitat̃ tanto ei accurati⁹ celeriuſq̃z obuia/
mus quãto id proſpicim⁹ in dño ſalubriter ex/
pedire. Trãſmiſſa nobis dilecti filij Jacobi car
tuelle miſtri ꝓuicialis prouincie Aragonie ſm̃
morem dci ordis petitio ꝯtinebat qḋ licʒ olim
ſuper diuerſis queſtionib⁹ ꝯtrouerſijs ⁊ diſſen/
ſionib⁹ que iter conuentuales ⁊ de obſeruãtia
nũcupatos eiuſdem ordis frẽs tam ſup captio/
ne domoꝝ dictoꝝ frm̃ ꝯuentualium: q̃z etiam
monaſterioꝝ ⁊ aliorum religioſoꝝ locoꝝ ordis
ſancte Clare quoꝝ moniales ſub ipſoꝝ fratruʒ
ꝯuentualium cura viuere ꝯſueuerũt p p̃dictos
frẽs de obſeruãtia facta ſeu verius attentata in
pleriſq̃z mũdi partib⁹ retrofluxis tẽporib⁹ plu/
rib⁹ vicib⁹ ſucceſſiue ſuborte fuere: ⁊ eaꝝ occa/
ſione ſuper ſilib⁹ in antea nõ attentãdis varia ⁊
diuerſa ſalubria rõnabilia ⁊ honeſta: etiam ſub
magnis formidabilibuſq̃z penis ihibitiones ⁊
mandata ac alie ad id vt credebat̃ ſufficientes
ꝓuiſiões a ſede aplica emanaſſe noſcunt̃: tñ ex
conjecturis



coniecturis veriſil̃ib⁹ dubitatur ne inhibitõib⁹
mãdatis ⁊ alijs ꝓuiſionib⁹ mĩme obſuatis ſil̃i
occaſiõe ſil̃es qõnes ꝯtrouerſie ⁊ diſſentões de
nouo oriant̃ ſeu iam ſopite ſuſcitent̃ in ꝓuicia
antedicta: niſi eiſdem frib⁹ ꝯuentualib⁹ de vlte/
riori nouoq̃z aplico deſup adminiculo ꝓuideat̃
oportuno. Nos igit̃ illi⁹ veſtigijs inherentes q
pacẽ ſuis reliqt diſcipulis in diſceſſu: ſcandalis
que exide qḋ abſit oriri poſſent viaʒ p̃cludere
ac qõnib⁹ ꝯtrouerſijs ⁊ diſſenſiõib⁹ iter ꝯuen/
tuales ⁊ de obſuãtia frẽs p̃dictos obuiare vbi/
libet cupientes. Oĩb⁹ ⁊ ſingulis de obſuantia
frib⁹ hmõi: ẽt in qbuſcũq̃z gradibus officijs ⁊
admiſtratiõib⁹: ac tam in p̃dicta q̃z in qbuſuis
mũdi ꝓuicijs ꝯſtitutis auc̃te aplica ⁊ ex certa
ſcia diſtricti⁹ ihibem⁹: ne p ſe vel aliuʒ ſeu alios
quouis q̃ſito colore vel ingenio de cetero aliq̃z
aliqḋ ſeu aliquẽ domũ monaſterium: ſeu locuʒ
frm̃ ꝯuentualium: aut monialium p̃dictoꝝ de
nouo cape nec recipe ſeu de illa vel illo ſe itro/
mittere quoquo mõ p̃ſumat. Aliogn in ꝯfaciẽ/
tes: ac inhibitiõis nr̃e hmõi ꝯtẽptores: eiſq̃z in
p̃miſſis quomõlibʒ dãtes auxilium ꝯſiliuʒ vel
fauoreʒ publice vel occulte directe vel idirecte
cuiuſcũq̃z ẽt dignitatis fuerit etiaʒ ſi põtificali
vel alia quauis eccleſiaſtica vel mũdana digni/
tate p̃fulgeant excõicatiõis in domos trãſgreſ/
ſoꝝ frm̃ hmõi iterdicti eccl̃iaſtici ſñias tenore
pñtium ferim⁹: ac ẽt ꝓmulgam⁹: ita ꝙ p aliuʒ
q̃z romanũ pontificem ſic excõicati p̃terq̃z in
mortis articulo ꝯſtituti ab hmõi excõicatiõis
ſñia abſolui nequeant: neq̃z ẽt interdictũ hmõi
ſuſpẽdi: vel total̃r tolli ſeu ẽt relaxari. Et iſup
vobis p aplica ſcripta mandam⁹: quaten⁹ vos
vel duo: aut vn⁹ vr̃m: p vos vel aliuʒ: ſeu alios
pñtes lr̃as vbi: qñ: ⁊ quotiens vobis viſuʒ fue/
rit: ⁊ deſup fueritis reqſiti auc̃te aplica p̃dicta
ſolẽniter publicetis dictiſq̃z frib⁹ ꝯuentualib⁹:
etiã vbilibet ꝯſtitutis fortis ⁊ efficacis diſſen/
ſionis p̃ſidio eadẽ auc̃te aſſiſtẽtes nõ ꝑmittatis
illos: aut eoꝝ aliquos ꝯtra tenorẽ pñtiũ qũolʒ
moleſtari: aut eis iniurias irrogari. Et nihilo/
min⁹ illos quos vobis ꝯſtiterit p̃dictaʒ excõi/
catõis ſñiam icurriſſe tãdiu in eccleſijs ⁊ eccle
ſiaſticis locis: dñicis ⁊ feſtiuis dieb⁹: duʒ maior
inhibi ppl̃i ml̃titudo ꝯuenerit ad diuina excõi/
catos publice nũcietis: donec ab eadẽ ſñia ab/
ſolutionib⁹ bñficium meruerint obtinere: di/

ctum iterdictum faciatis diſtrictius obſeruari
quouſq̃z per ſedem aplicam al̃s deſuper fuerit
ordinatum. Cõtradictores quoſlʒ ⁊ rebelles p
cenſurã eccl̃iaſticã appellatõe poſtpoſita cõpe/
ſcẽdo. Inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio bra
chij ſcl̃aris. Nõ obſtãtib⁹ felicis recordationis
Bonifacij pape octaui p̃deceſſoris nr̃i illis p̃/
ſertiʒ qb⁹ cauet̃ ne qs extra ſuã ciuitatẽ vl̃ dio/
ceſim niſi in certis exceptis caſib⁹, ⁊ in illis vl/
tra vnam dietã a fine ſue dioceſis ad iudicium
euocet̃: ſeu ne iudices a ſede d̃putati p̃dicta cõ
tra quoſcũq̃z ꝓcedẽ ſeu alij vel alijs vices ſuas
cõmittere p̃ſumãt. Et de duab⁹ dietis in ꝯcilio
gñali ⁊ alijs aplicis ꝯſtõnib⁹ ceteriſq̃z ꝯrijs q/
buſcũq̃z. Aut ſi a frib⁹ de obſuãtia p̃fatis vel q/
buſuis alijs cõiter vel diuiſiʒ a dicta ſit ſede in/
dultum qḋ iterdici ſuſpendi vel excõicari non
poſſint p lr̃as aplicas non facientes plenam ⁊
exp̃ſſam: ac de ṽbo ad ṽbuʒ de indulto hmõi
mẽtionem. Ceteꝝ q: difficile foret hmõi p̃ſen/
tes lr̃as ad ſingula in qb⁹ de eis forſan fides fa/
cienda fuerit loca deferre eadẽ auc̃te aplica de/
cernim⁹: ꝙ ipſaꝝ trãſumpto manu publica ⁊
ſigillo alicuius epĩ vel ſuperioris p̃lati munito
tanq̃z p̃fatis ſi original̃r exhiberent̃ lr̃is plena
fides adhibeat̃: ⁊ illi pinde ſtetur ac ſi dicte lr̃e
originales forent exhibite vel oſtenſe. Irritum
quoq̃z ⁊ inane ſi ſup his ſecus a quoquã quauis
auc̃te ſcienter vel ignorãter attentatum forſan
eſt vel in poſteꝝ ꝯtigerit attentari. Datũ Ro/
me apud ſcm̃ Petrũ anno incarnatiõis dñice
M.cccc.liiij. octauo idus Januarij. Pontifica
tus nr̃i ãno tertio. ¶ Cũ ãt ſicut exhibita no/
bis nup ꝓ pte dilectoꝝ filioꝝ Jacobi de Mo/
zanica theologie profeſſoris ac gñalis miſtri ⁊
vniuerſoꝝ frm̃ dci ordis petitio ꝯtinebat: ipſi
dubitãtes ne frẽs de obſuantia nũcupati predi
cti p̃tendentes ſe qbuſuis breuib⁹: aut lr̃is apo
ſtolicis fore munitos inhibitiones ⁊ mandata
predicta obſeruare ꝯtemnãt: ac in eorum priſti
no propoſito perſeuerare nitantur pro parte ge
neralis miſtri ⁊ fratrum predictorũ nobis fuit
humiliter ſupplicatum: vt ipſius ordis quieti
paci ⁊ ſaluti ſuper his oportune prouidere de
benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igit̃
ad quorum auditũ q̃zplurime querele contra
fratres de obſeruãtia nũcupatos hmõi ſup his
delate fuerũt nõ ignari quot ⁊ q̃zta ſcãdala ſu/

ſcitare poſſent q̃ ex inexplebili nõnulloꝝ am/
bitione ꝓcedũt in tanto ordine tot diuiſiões ⁊
ſciſmata.⁊ ꝓpterea amplioribꝰ deſuꝑ admicu/
lis ꝓuidere cupiẽtes:ac ẽt oĩa ⁊ ſingula tã Ni/
colai ꝑdicti q̃ȝ pie memorie Eug.paꝑ.iiij.etiã
predeceſſoris nr̃i:⁊ nr̃is etiam ſuꝑ receptione
occupatõe ⁊ extorſiõe a ſolita gñalis ⁊ ꝓuicia/
liũ miſtroꝝ:ac alioꝝ ꝑlatoꝝ ordis minoruȝ in
regula expreſſorum iuriſditione ⁊ obia domo/
rum locoꝝ ſeu cõuentuum ꝑdictorũ.Aut mo/
nialium ſcẽ Clare ſeu minoriſſaꝝ:eiſdem fribꝰ
de obſeruãtia nũcupatis etiam motu proprio ⁊
ex certa ſcia ac ſub qbuſuis ṽboꝝ formis con/
ceſſas facultates ⁊ idulta:ac acceptionũ hmõi
⁊ cum ſuppletione defectuũ ratihabitiões ap/
probationes ⁊ ꝯfirmatões tenore ꝑſentium re/
uocãtes caſſantes ⁊ annullãtes:ac ꝓ nullis ir/
ritis ⁊ iſectis hñtes hmõi ſupplicationibꝰ icli/
nati inhibitionẽ ⁊ mãdatum hmõi ac ꝑmodi
ctas lr̃as ⁊ ꝓceſſus habitos ꝑ eaſdem ⁊ q̃cũqȝ
inde ſecuta auc̃te ap̃lica ⁊ ex certa ſcia tenore
pñtium approbamꝰ ⁊ ꝯfirmamꝰ:ac pleno fir/
mitatis robore ſubſiſtere ⁊ ꝑ quoſcũqȝ tam frẽs
de obſaruãtia nũcupatos hmõi ⁊ eoꝝ vicarios
q̃ȝ alios quoſcũqȝ etiaȝ põtificali aut alia q̃uis
dignitate ꝑditos ſub eiſdẽ penis ⁊ cẽſuris per/
petuo inuiolabil̃r obſeruari debere decernimꝰ
ſtatuimus ⁊ ordinamꝰ.Et nihilominꝰ vniuer/
ſis ⁊ ſingulis venerabilibꝰ fribꝰ nr̃is pt̃iarchis
archiepĩs:epĩs:ac dilectis filijs abbatibꝰ ac ec/
cleſiaꝝ ⁊ religioſorum locoꝝ qbuſcunqȝ ꝑlatis
alijſqȝ ꝑſonis eccl̃iaſticis in qbuſuis mũdi par/
tibꝰ ꝯſtitutis ad quos pñtes nr̃e lr̃e:aut earum
auctẽtica trãſumpta ꝑuenerit ſub ṽtute ſancte
Obie diſtricte ꝑcipiẽdo mãdamꝰ:quatenꝰ ipſi
⁊ eoꝝ ſinguli ꝑ ſe vel alium ſeu alios ihibitio/
nem ⁊ mãdatũ ꝑdicta:ac pñtes nr̃as lr̃as ⁊ q̃/
cũqȝ in eis ꝯtenta quotiens pro pte gñalis pre/
dicti aut alicuiꝰ ex dcis filijs ꝓuicialibꝰ miſtris:
ac cuſtodibꝰ ⁊ fribꝰ qbuſcũqȝ ordis ãndicti fue/
rint regſiti in eoꝝ eccleſijs:ciuitatibꝰ: dioceſi/
bꝰ:⁊ ꝓuicijs ⁊ vbi ⁊ qñ expedire viderit ſolẽ/
niter publicãtes:ac in ꝑmiſſis eiſdẽ miſtris cu
ſtodibꝰ ⁊ fribꝰ efficaci defenſiõis ꝑſidio aſſiſten/
tes facienteſqȝ oĩa ⁊ ſingula in ꝑmodictis ac ꝑ/
ſentibꝰ nr̃is lr̃is ꝯtẽta tam a fribꝰ de obſuantia
nũcupatis hmõi q̃ȝ a qbuſuis alijs auc̃te ap̃li/
ca iuiolabil̃r obſuari nõ ꝑmitteñ.eos vel eoruȝ

aliquos circa captionẽ domoꝝ locoꝝ ⁊ ꝯuen/
tuũ aut monaſterioꝝ monialiuȝ ꝑdictoꝝ dire/
cte vl̃ indirecte:aut quouis q̃ſito colore ſub cẽ/
ſuris ⁊ penis i lr̃is Nicolai ꝑdeceſſoris ꝑdicti:
⁊ qbuſcũqȝ alijs grauioribꝰ q̃uolibȝ moleſtari:
aut eis grauamia vel iniurias aliq̃s q̃uolȝ irro/
gari:reſtituuri:⁊ reitegraturi gñalẽ ⁊ ꝓuicia/
les:miſtros:cuſtodes ⁊ frẽs ꝑdictos ad q̃libet
eis ꝑ eoſdeȝ frẽs de obſeruãtia nũcupatos poſt
emanationẽ primodictaꝝ lr̃aꝝ q̃uolibet capta
vſqȝ in hodiernũ diem domos loca ſeu ꝯuẽtus
aut monaſteria monialiuȝ ſcẽ Clare ſeu mino/
riſſaꝝ:q̃ ſub cura gñalis ⁊ miſtroꝝ ꝑdictoꝝ ha
ctenus fuerũt.Et inſuꝑ oẽs ⁊ ſingulos frẽs de
obſeruantia nũcupatos hmõi:eorũqȝ fautores
ꝯſiliarios ⁊ adherẽtes:ad quos ẽt cẽſuras ⁊ pe
nas in ꝑmodictis lr̃is ꝯtẽtas extẽdi volumus:
quos inhibitioni ⁊ mãdato:ac lr̃is ap̃licis hu/
iuſmõi ſciẽter ꝯueniſſe:ac ſentẽtijs ꝑmiſſis ir/
retitos eẽ ꝑ ſolã fidedignoꝝ relationẽ ꝯſtiterit
in eccl̃ijs officis alijſqȝ feſtiuis diebꝰ:dũ maior
inhibi ppl̃i multitudo ꝯuenerit ad dĩna tãdiu
excõicatos publice nũciãtes:ac ab alijs nũcia/
ri:⁊ ab oĩbꝰ arctiꝰ euitari:⁊ iterdictũ ꝑdictuȝ i/
uiolabil̃r obſeruari faciẽtes:donec inobediẽtes
⁊ rebelles ⁊ ꝑſũptores hmõi ſuũ recognoſcant
errorẽ ⁊ domus ſeu loca capta hmõi miſtris cu
ſtodibꝰ ⁊ fribꝰ ꝑdcis reſtituerint:ac libere ⁊ ex/
pedite dimiſerit:ac de dãnis ⁊ itereſſe ſatiſfece/
rint ꝯpetẽter:a nobiſqȝ ⁊ ap̃lica ſede abſolutio/
nis bñficium ⁊ recõciliationis gr̃aȝ meruerint
obtinere:nullo eis in ꝑmiſſis appellationis ob/
ſtaculo quomõlibet ſuffragante. Et inſuꝑ excõ
municatos ⁊ interdictos prefatos ſi expedie/
rit aggrauare ⁊ reaggrauare:eadeȝ auctoritate
procurẽt. Cõtradictores per cẽſuram eccleſia/
ſticaȝ appellatione poſtpoſita compeſcendo.
Inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij
ſecularis.Nõ obſtãtibꝰ ꝯceſſionibꝰ:indultis:fa
cultatibus:ꝯſtõnibus ⁊ decretis:ẽt in Cõſtan/
tieñ.ꝯcilio editis:ac ꝑdictis ⁊ alijs ꝯfirmatio/
nibꝰ ⁊ lr̃is ap̃licis qbuſlibet ẽt ꝑ nos ꝯceſſis:⁊
in poſteꝝ ꝯcedẽdis quorũcũqȝ tenoꝝ exiſtant:
aut ſi ad illoꝝ caſſationem ⁊ reuocationẽ de il/
lis eorũqȝ totis tenoribꝰ de verbo ad verbuȝ ac
noibus ⁊ cognominibus ꝑſonarum:qbus illa
ꝯceſſa fuerint:aut queuis alia expreſſio facien/
da foret. Quoꝝ oĩum ⁊ ſinguloꝝ tenores pro
expreſſis



expreſſis habemus ⁊ hꝫ volumꝰ.Necnon feli/
cis recordatõis Bonifacij pape.viij.ẽt ꝑdeceſ
ſoris nr̃i qua cauet̃ ne aliq̃s extra ſuaȝ ciuitatẽ
vel dioceſiȝ:niſi in certis exceptis caſibꝰ ⁊ in il/
lis vltra vnã dietã a fine ſue dioceſ.ad iudiciũ
euocet̃.Seu ne iudices ⁊ conſeruatores a ſede
deputati ꝑdicta extra ciuitatẽ ⁊ dioceſim in q/
bus deputati fuerint ꝯtra quoſcunqȝ ꝓcedere:
aut alij vel alijs vices ſuas committere:aut ali
quos vltra vnã dietam a fine dioceſ.eorũdem
trahere ꝑſumãt.Seu qḋ de alijs q̃ȝ de manife/
ſtis iniurijs ⁊ moleſtijs ⁊ alijs q̃ iudicialẽ req̃/
runt idaginẽ penis in eos ſi ſecus egerint:⁊ in
id ꝓcurãtes adiectis.Cõſeruatores ſe nullate/
nus itromittãt q̃ȝ alijs qbuſcũqȝ ꝯſtõnibꝰ a ꝑ/
deceſſoribꝰ nr̃is ro.põtificibꝰ tam de iudicibus
delegatis ⁊ ꝯſeruatoribꝰ q̃ȝ ꝑſonis vltra certuȝ
numeꝝ ꝑ lr̃as ap̃licas ad iudiciũ nõ vocãdis:
aut alijs editis q̃ eoꝝ poſſint in hac pte iuriſdi
ctioni ⁊ ꝑtãti eiuſqȝ libero exercitio q̃uolȝ ob/
uiare.Aut ſi fribꝰ de obſuãtia nũcupatis:ac ꝑ/
ſumptoribꝰ ⁊ fautoribꝰ ꝑdictis q̃uolibȝ vel q/
buſuis alijs cõmuniter vel diuiſim ab eadẽ ſit
ſede idultũ qḋ iterdici ſuſpendi vel excõicari:
aut extra vel vltra certa loca ad iudicium euo/
cari nõ poſſint ꝑ lr̃as ap̃licas nõ facientes ple/
nã ⁊ expreſſam:ac de ṽbo ad verbũ de indulto
hmõi mẽtionem.Volumꝰ aũt:qḋ approbõni:
ꝯfirmationi:ꝯſtitutioni: mãdato:inhibitiõi:⁊
lr̃is nr̃is hmõi ꝑ quaſcũqȝ alias lr̃as ap̃licas ẽt
ipſis expſſe derogare videntes:nullatenꝰ poſſit
aut valeat derogari:niſi de ꝓprijs noibus ⁊ co
gnominibꝰ gñalis miſtri ordis ꝑdicti:ac Hiero
nymi de Sabunco theologie ⁊ dci ordis ꝓfeſ/
ſoris ⁊ eiuſdẽ ordis gñalis ꝓcuratoris:ac earũ/
deȝ lr̃aꝝ nõ ꝑ gñales vel alias expſſam mẽtio/
nem iportantes clauſulas:ſȝ de ṽbo ad ṽbum
ſpãlis ſpecifica ⁊ expreſſa mẽtio fiat.Qḋqȝ trã/
ſumpto pñtium lr̃aꝝ manu publica:ac alicuiꝰ
epĩ vel ſupioris ꝑlati vel collegij cathedralis:
aut ẽt ipſius gñalis ordis antedicti ſigillo mu/
nitis plena fides adhibeat̃ in iudicio ⁊ extra:
ac ſi originales ipſe lr̃e forent exhibite vel oſtẽ/
ſe.Irritũ ⁊ inane cẽſentes ex nũc qcq̃d in ꝯtrariũ
ꝑ quoſcũqȝ quauis auc̃te ſciẽter vel ignorãter
ꝯtigerit attẽtari.Nulli ergo oĩno hoiuȝ liceat
hãc paginã nr̃oꝝ reuocatiõis:caſſatiõis:ãnul/
latõis:ꝯfirmatõis:ꝯſtõnis:ſtatuti: ordinatõis:

precepti:mãdati:⁊ voluntatis ifringere:vel ei
auſu temerario ꝯtraire.Si q̃s aũt hoc attẽtare
preſumpſerit idignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ bea/
toꝝ Petri ⁊ Pauli ap̃loꝝ eius ſe nouerit icur
ſurum.Datum Rome apud ſcm̃ Petruȝ ãno
icarnatõis dñice.M.cccclv.xj.kal. Septem/
bris.Pontificatus noſtri anno primo.

¶ Honorius.iij.ꝯtra quoſdã q̃ aſſerebãt frẽs
nõ poſſe celebrare miſſas in ſuis locellis ⁊ ora/
torijs ſuꝑ altari viatico ſine lñia epõꝝ ⁊ aliorũ
eccleſie ꝑlatorum:nec alẽs ꝯceſſione ipſius Ho/
norij tertij iam ſuꝑ hoc facte vti poſſe)mãdat
archiepõ Remeñ.vt dictã ꝯceſſionẽ ſuam pu/
blicet:⁊ eadeȝ frẽs ipſos paupes vti ⁊ gaudere
faciat ⁊c.Origi.Trecis eſt Pariſius Carnoti.

b **Honorius** epõs ſeruus ſeruorum dei.Venerabili fr̃i archiepõ Remeñ. Salutem ⁊
ap̃licam bñdictionem. In his que ad cultum
diuinum facere dignoſcunt̃ nõ maligna:ſȝ be/
nigna potius eſſet iterꝑtatio facienda.Vñ mi/
rari cõpellimur q̧ cum fribus minoribꝰ duxe/
rimus idulgendum:vt vbicũqȝ fuerit ſine pa/
rochialis iuris ꝑiudicio cũ altari valeant via/
tico celebrare:qdam ſicut nuꝑ fuit ꝓpoſitum
coram nobis nimis ſtricte iterpretãdo idulgẽ/
tiaȝ nr̃am nitunt̃ aſſerere q̧ ꝑ eam ꝑdicti frẽs
preter epõrum abbatũ ⁊ alioꝝ ꝑlatoꝝ aſſenſuȝ
facere hoc non pñt: ꝓp qḋ eos celebrare iuxta
indulgẽtiaȝ ap̃lica nõ ꝑmittunt. Cũ aũt ſi re߸
tal̃r ſe hẽat nihil eis ꝯferre idulgẽtia memora/
ta ſine qua id epĩs ⁊ alijs ꝑlatis annuentibus
liceret eiſdem:fraternitati tue ꝑ ap̃lica ſcripta
mãdamus:quatenꝰ iterpretatione hmõi repro
bata:dum tñ ab alijs que iure parochiali ꝓue/
niunt ſe prorſus abſtineant dataȝ eis:ſic lñiam
celebrãdi auc̃te nr̃a non differas publicare:ita
q̧ dci frẽs aliquam ex idulgentia nr̃a videant̃
in hoc gr̃am ꝯſecuti. Datuȝ Reate tertio kal.
Septẽbris. Pontificatus nr̃i anno decimo.

¶ Greg.ix.primum concedit fribus liberam
ſepulturam pro ſeipſis dũtaxat. Originale eſt
Trecis Camaraci ⁊ Duaci.

G **Regorius** epõs ſeruus ſeruorum dei.Dilectis
filijs miſtro ⁊ fribus ordis minoꝝ.Sa
lutem ⁊ ap̃licam bñdi.Ita vobis ⁊ ordini vr̃o
deferre volẽtes:vt nõ trahat̃ iuſtitijs alioꝝ de/

uotionis veſtre precibus inclinati auctē vobis
p̄ntium idulgemus:vt in locis in qbꝰ degitis
⁊ celebratis diuina ad opus frm̄ veſtroꝝ dūtaxat
habeatis liberam ſepulturam. Nulli ergo oino
hoīum liceat hāc paginaȝ nr̄e ꝯceſſionis iſrin-
gere:vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs auteȝ
hoc attentare p̄ſumpſerit idignationē oipoten
tis dei ⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pauli aplōꝝ eiꝰ ſe no-
uerit icurſurum. Datū Ananie. vij. idus Mar
tij. Pontificatus noſtri anno ſexto.

¶ Greg. ix. beatum Frāciſcum cathalogo ſan
ctorum aſſcribit. Originale eſt Pariſius.

g **Regorius** epūs ſeruus ſer-
uorū dei. Uene-
rabilibꝰ fribus archiepīs ⁊ epīs:⁊ dile-
ctis filijs abbatibus:priorībꝰ:archip̄ſbyteris:
archidiaconis:decanis ⁊ alijs eccleſiaꝝ p̄latis
ad quos lr̄e iſte ꝑuenerint. Saluteȝ ⁊ aplīcam
bn̄dī. Sicut fiale auree quas vidit Joānes ple
nas odoramētoꝝ q̄ ſunt orones ſcōꝝ in ꝯſpcū
altiſſimi ad abolēdaȝ nr̄oꝝ criminū corrupte-
lam odorē ſuauitatis emittūt:ita ſaluti nr̄e cre-
dimꝰ plurimū expedire:ſi eoꝝ in terris celebrē
habeamꝰ memoriā ipſoꝝ merita ſolēnibꝰ reco-
lentes p̄conijs quoꝝ in celis ſperamꝰ interceſ-
ſioībꝰ aſſiduis adiuuari. Sane cū de ꝯuerſatiōe
vita ⁊ meritis bti. F. iſtitutoris ⁊ rectoris ordi
nis frm̄ minoꝝ q iuxta ꝯſiliū ſaluatoris ꝯten
tis trāſitorijs ꝑm ꝓmiſſionē eiuſdeȝ ad celeſtia
p̄mia feliciter ⁊ eterna ꝑuenit: cuiꝰ vita ⁊ fama
p̄clara pctōꝝ depulſa caligine ambulātium in
regiōe vmbre mortis de vitioꝝ tenebris ad pe
nitētie viam vocās:quoꝝ tā viroꝝ q̄ȝ mulieꝝ
